Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0001-7

C. c. 229

Dominica ...
... ministerium
... militaris

Libr. gratuit. & antiquor.
in Octav.
N. 78.

II 1 a 78

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0002-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0003-8

Baratrũ .i. infernus q̈si vorago ꝯuerſ ... [illegible]

Conrat pfyfer

HB 58 549

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0004-4

ELE
GANTIAE VOCABV
lorum, ex Laurentio Valla & quibuſdā
alijs, in ordinem alphabeticum redactæ:
pridem à Iacobo Montano Preſb. reco-
gnitæ: nunc denuo nō uulgari auctario,
ex Frontone, Capro, Agrætio, Nonioq́;
locupletatæ, & ad Vallæ exem
plar diligenter reſti-
tutæ.

APVD SANCTAM COLO
NIAM AN. M. D.XXIIII.

Bro 195

CHRISTI SACERDOS IACO-
bus Montanus Spirenſis, ingenuis ac ſtudi-
oſis ſcholaſticis, Heruordiæ in Curia
ſtudentium commorantibus, chariſ-
ſimis auditoribus ſuis S.D.

ELEGANTIAS TERMINORVM (quas uocant) opuſculum ſanèquam elegans, ueſtri profectus cauſa, non ſine ingenti labore proxime recognoui, recognitum publicaui, publicatũ & nomini & ſtudio ueſtro dedicaui. Vos ne meus peſſum eat labor curatæ. Ibit autem peſſum, ſi (quod deus auertat) in perdiſcendis effingendiſq; elegantijs, deſidia magis torpere, quam ſtrenue & induſtrie agere uolueritis. Proinde, ne quid ſecus atq; bonæ literæ exigũt faciatis, lectio, memoria, ſtylus pari ardore deinceps arripiẽda uobis erũt: ut re ipſa cuiuſmodi hæ ſint elegãtiæ expiri poſſitis. Nã nihil æque atq; rerũ expientia commẽdat artem, incitat affectũ, firmat uſum, format ingenium, inflammat amorem, abigit faſtidium. Stylus ipſe memoriam conſulat, memoriæ lectio rerũ & uerborum abunde ſuppeditet, ingeratq́;. Sit attenta & obſeruatrix lectio, ſit fidelis ac præſens memoria, ſit deniq; pertinax & impiger ſtylus. Tum & ipſe mercedem, quam poſt deum unice deſydero, ueſtrum ſcilicet profectum, conſequar: & uos cumulato mihi fœnore debitam referetis gratiam. Dabitur poſthac, aſpirante deo, haud quaquam oſcitans opera, ut alia quoque commentaria, quæ ſedulo molimur

L57

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0006-5

aliquando in lucem ædita uobis ſint uſui, ut ſaluberrimus dei timor, & conſpicua morum reformatio, quam liberaliſſima diuinitas in uobis cœpit, & feliciter augeri, & ſtudioſe conſeruari queat. Valete in Chriſto Ieſu. Heruordiæ Idib. Mar, Anno ſalutis noſtræ. 1520

IOANNES GYMNICVS CANDIdis pueris lectoribusq́; S. D.

Tametſi abhinc, ni fallor, triennium, Iacobus Montanus Preſb. uir multiiuga eruditione præditus hūc libellū ab īnumeris iiſq; fœdis mēdis uindicauit: occurrebāt tamē etiā tum non parū multa, q̃ ab archetypo ſuo, hoc ē, Laurētio Valla, uel ἐκ διαμέτρου quod dici ſolet, diſſidebāt. Quãobrē (ut ubiq; in rem ueſtrā cōmodūq; propēſus ſum) denuo cum ipſo Valla diligēter cōferēdū, ex eodēq; paſſim & ī loco pluria adijciēda curaui. Præterea quicquid eiuſdē fariæ cognituq; dignū apud Noniū Marcellū, Corneliū Frōtonē Caprū, Agrætiūq; extabat, his adiectū īuenietis, præpoſita uidelicet ubiq; aſtiriſci notula. Has iam præceptiūculas, diligēti ſtudio euoluite, quo & uobis ipſi aliquādo ī autoribus ānotādis iudiciū cōparetis. Nolī tamen uos his ꝑpetuo addictos, quī ita præcepta hæc intelligēda putate, ut elegātius, cōcinnius, uenuſtiuſue ſic quidq; dicatur. Proinde ſi ſecus quid apud claſſicos ſcriptores uſurpatū ſit, ne ilico dānetis: imò exiſtimate id aut figurate aut alia licētia quadā factū, quō & nos imitari aliquando poteritis. Valete Colon. 1524.

DE ELEGANTIIS DICTIONVM EX

Laurentio Valla: & quibuſdam alijs ordine alphabetico breuiter collectis, auctisq; pluribus in locis.

Auaritia.

Auidus.

a

AVarus & auaritia, ſemper in malam ſignificatiõem ſumuntur. Et ideo in ſcriptura reprehenditur auarus.

Auidus & auiditas, in bonam partem ſumuntur, & honeſtæ rei ſunt.

* Auarus, ſemper in repræhenſione eſt. Auidus, aliquando in bonis, aliquãdo in malis cauſis ẽ. No.

Aue & auete dicit ueuiens & recedens. Itaq; ſalue dicit ueniens & recedens. Et ad ipſum uenientem reſpondemus: ſalue. Sed imperiti uenientes, loco eius dicunt proficiat. Ft reſpondent alij: bene ueneritis, contra elegantiam. Sed uale & ualete tantũ recedentes..

Proficiat tibi. Latine dicitur, ſi addatur ſuppoſitum, ut Proficiat tibi labor tuus, opus tuum, diligentia tua &c. Gellius li. 14. cap. 6 Proficiat tibi, inquam, doctiſſime uirorum huius multiuagæ diſciplinæ gratia. * Gellius ὀν ἀόσ dixit græce, non latine.

Exoptatus aduenis, vueſʒ vuilkomen. Cum datiuo. Apuleius li. 2. de Aureo aſino. Quam olim equidem exoptatus nobis aduenis.

Audio te, id eſt; auribus accipio te. Etiam eſt

credo tibi.

Audio tibi, id eſt: tibi obedio.

Auſculto te, id eſt: audio te.

Auſculto tibi, id eſt: obtempero tibi.

Autem & Vero, ad diſtinguendas ſententias expletiue ponuntur * aliqua ſemper dictione præcedente. Sed hoc intereſt, quod uero, iungitur cū neq; nec, tum, age, ſane, iam, enim, at, ut: illis præcedētibus. ut: neque uero, iam uero. Autem iungitur cum, nō, præcedente, ut: Non autem nobis mentior: ſicut Vero cum ſequente. ut: Petrū odi, te uero non

Auxilium do, auxilium fero: utrunq; dicimus. opem do: non dicimus, ſed opem fero.

* Aborſus ille dicēdus eſt, qui eſt in primis menſibus, cum conceptui exordium factum eſt:

Abortus prope tempus pariendi, tunc. n. moritur quod naſcitur. Nonius

Abundantia, bonorum eſt, aliquid cauſæ habens. Redundantia uero malorum eſt, & rerum inutilium.

Abdicare, eſt filium a bonis, uiuente patre, expellere. Exhæredare uero eſt poſt mortem, teutonice, onteruen.

Abrogare, eſt legem in totum tollere. Derogatur uero parti legis autoritate Modeſtini iuriſcon.

* Abrogare, eſt aliquid alij quod meruit auferre. Fronto. Sed arrogare, eſt nimium & inſolenter ſibi & quod non meruit tribuere.

* Item Arrogantia cadit etiam in pauperem. Superbia a ſuperhabendo. Fronto.

Abſtinentia, eſt qua quis ſe abſtinet ab alienis, nulli iniuriam inferendo. Continentia, qua quis cō

tinet ſe a ſuis, & eſt repreſſio uoluptatum.

Accola, dicitur qui ad locū habitat & prope, ideo quicunq; iuxta aquas habitant accolæ dicuntur, nec refert an in ſuo, an in alieno . Sed qui in montibus domos urbesq; poſitas habitant, incolæ dicuntur. Qui iuxta montes, accolæ ſunt, ideo nō immerito in pſalmo dicendum eſt . Et Iacob incola fuit in terra cham, quia uox græca cōſentit, ut ait Laurentius

Accuſare, eſt apud iudicem uel alium quempiam crimen obijcere, peccaſſe ſignificare & oſtendere. Incuſare eſt, alterius mores cum querela reprehendere, eo quod ab illo iniuria ſis affectus. Et non eſt accuſare maioris de minori.

Nec incuſare eſt minoris de maiori.

* Accommodat aptat. Commodat pecuniam mutuam dat, . Fron.

* Alioqui & Atqui careant n, Cap.

* Accipimus ab alio. Sumimus ipſi. Sic cum cum dabimus, dicendum erit accipe: cum permittimus alicui quid tollere dicemus ſume . Suſcipimus ad animum & ad mentem refertur, & ſuſcipimus corpore. Suſcipiunt famulæ collapſaq; mēbra . Item ſuſcipimus uenientes. Cap.

Ad, ſignificat iuxta, ut adeſt Petrus . Secundo contra, ut ad illum pugno Tertio cauſam, ut ad quid ueniſti. Quarto circiter, ut ſunt ad ſex millia Quinto ualde, ut admirandum eſt * Item uado ad te, diſco apud te. Cap. * Quandocumq; eam muta ſequitur in compoſitione, in eam mutatur: integra autem permanet quando ſemiuocalis. Ag.

Adeo, cum adiectiuo ſignificat ualde, ut uir adeo bonus, Etiam ſignificat intantum, præſertim

quando ſequitur ut, optatiua particula, ut Petrus adeo ſtudet ut omnes ſocios excellat.
Adulari, eſt uoce uel geſtu inſeruire, uel fauorem alicuius captare.

* Aduerſarius homo. Contrarium negocium dicitur. Fronto.

* Adducitur quis ad rem honeſtam. Perducitur ad ſtudia, Deducitur ad honorem. Agræ.

* Aduocatur daturus patrocinium. Inuocatur præſtaturus auxilium. Euocatur præbiturus obſequium. Agræt.

* Adportare, eſt aliquid afferre. Deportare, deponere. Comportare in unum locum cõferre. Exportare tollere. Agr.

* Aduerbium et uitioſum & fictum eſt, tamẽ in uſu nunc eſt receptum. Præuerbium eſt, euphemion. i: bene dictum. Fron.

* Aſpicimus ſurſum. Conſpicimus palam. Reſpicimus retro. Inſpicimus intus. A.

* Arundo, canna eſt ab ariditate dicta. Hirundo, auis quæ tignis adhæret. Hirudo ſanguiſuga dicitur. Agrætius.

* Aſſequimur uoto. Cõſequimur ſtudio. Obſequimur officio. Perſequimur iniuria Subſequimur ordinem. Agrætius.

* Aquatica potio, quæ aquam aliunde recipit. Aquoſus locus ꝙ ex ſe aquam fundat. Agr.

Aſſentari, eſt inſidioſe & falſo aliquem laudare. Blandiri, proprie ad tactum pertinet. Et per tranſlationem ad alios ſenſus, & quandoqꝫ ad animum refertur. Item blandiri & adulari etiam in muta animalia cadunt, ut in cane patet, aſſentari uero non.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0011-3

* Aeſtus, a nimio calore nomen accepit & eſt calor temporis.

* Aeſtas eſt pars anni: & nomen non amittit etiamſi temperata eſt. Fronto

* Aeger animo. Aegrotus corpore. Fr.

* Aegrotatio in corpore. Aegritudo in anio eſt.

* Aequalis alterius ſtaturæ par. Aequabile quod æquari poteſt. Fr.

* Aemulatio habet imitandi ſtudium, ſed cum malitiæ operatione. Imitatio ſimplex eſt nec inuidiam admittit. Nonius

Afficio & afficior ſignificationem uariant, ſecundum ablatiuum ſibi adiunctum, ut afficio te uoluptate. i. tibi uoluptatem affero.

Afficio te laudibus. i. te laudo. Afficio te promotione uel honore, id eſt, te promoueo uel honoro. Ita afficio inimicos dolore &c. Item afficior dolore, id eſt, doleo, Afficior gaudio, id eſt: gaudeo Afficior triſtitia. i. triſtor.

* Affatim aliquid inueniri rerum, de re incorporali dicitur. Paſſim de re corporali, hoc de inceſſu: Illud de affatu dictum. Agr.

* Agilem actio facit, Strenuum motus, Fortem corpus. Fr.

* Agnoſcimus quæ nobis exciderant. Cognoſcimus ignota & inuiſa.

* Album natura fit: Candidū cura & ſtudio. F.

Alias, coniunctio aduerſatiua, id eſt alioquin, ut doctus uir & alias malus. Alias etiam aduerbiū temporis, id eſt: alio tempore. Etiam eſt ſeparandi pro aliter.

Alter de duobus. Sed alius de multis a duobus dicitur. (idem Agr.) In ſcriptura: Alter alterius o-

nera portate. Alter pro alius ponitur more græco. Si uero plura ſunt, ſed in duas partes diuiſa, per alter loquendum eſt, & non ꝑ alius, ut duplices ſunt homines, uni boni, alteri mali. Et alteri alteros perſequuntur, non alij alios, dicendum erit. * Vnus quoqꝫ de pluribus dicitur. Caper,

* Alere eſt uictu temporali uitam ſuſtentare. Educare autem ad perpetuã ſatietatẽ educere. N.

* Alitudo incrementum eſt corporis. Alimentũ incrementum infantum. Fr. comprehendit tamẽ cibaria, ueſtitum & habitationem cuiuſqꝫ hominis Alimonia idem ſig.

* Altilia, non ſolum ab alo, ſed etiam ab alendo etiam porcos ſignificat.

* Aliquando & nonnunquam, quod intermittere non patitur. Fere futurꝫ ſign. Fr.

Allucinari, a luce, eſt non uana ſomniare, ſed errore & caligine aberrare

Amare plus eſt quam diligere.

Adamare eſt amatorie, etiam aliquando ualde amare.

Ambitio, ambitus, ambitioſus, in nimia animi honoris & laudis cupiditate ſunt, non autem diuitiarꝫ. Nam qui præter modum cupit honores & laudem, ambitioſus eſt.

An, cum interrogatiõe & ſine ea utimur. ut, dubito an uiuat, an mortuus ſit, coniunctiuo non indicatiuo dubitatio datur: male non dubitatiue, ſcio an uiuat, an ſiue uel mortuus ſit, ſed bene per aut. ut, ſcio, aut mortuus eſt, aut ægrotat. Indicatiuo aut uerbum ſcientiæ aut opinionis datur.

Anniculus. i. res unius anni. Bimus, res duorũ annorum, Trimus trium, Quadrimus, quatuor an

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0013-4

norum ut: vinum eſt anniculum . Et frumentum bimum , trimum. De pueris tamen magis per diminutiuum loquimur, vt: hic puer bimulus eſt, trimulus, quadrimulus, .ſed Annulus, eſt diminutiunm ab annus.

* Animus qualitas uiuentis. Anima cauſa uitæ. Fron.

* Animus eſt quo ſapimus. Anima qua uiuimus. Non.

* Animantia animns facit. Animalia animam habent.

* Antiquum eſt quod exceſſit patrum memoriam. Vetus annorum multorum ſentit ntilitatem. Fron.

* Antiquior comparatiue. i. melior. N.

Apparitores ſunt qui cameras domos vel templa ornant.

* Appellatio appellantis uox eſt in miniſterio: & appellat, uel a potentiore propter iniuriam, & inuocat auxilium magiſtratus, vel cum pecuniam repoſcit. Nominatio nominat quem appellat.

* Aptum loco venit & tempore, & habet ſuam materiam

* Idoneum, ut amicum per cõſilia dicimus, ut: ſeruum in uſu domini· Fron.

Apud, perſonam ſignificat, & locum in quo, ſine motu, ut: libri apud me ſunt, & pecunia apud theſaurum, id eſt, in qua re, vado apud dominum uel apud domum, male dicitur.

Penes uero, dominium ac poteſtatem ſignificat ut: fides dictorum meorum apud auctores eſt, pecunia penes diuites, hoc eſt, in illorum autoritate

& poteſtate.

* Araneum quod textum eſt. Aranea q̄ texit.

* Aſpicimus ex improuiſo. Spectamus uoluntate. Videmus natura. Intuemnr cura. Animaduertimus & cernimus animo. Fron.

Aſſeuerare, eſt inter argumenta & probationes uim animum motumq; admiſcere, quare aſſeueratio magis eſt quam probatio.

Aſſueſcere & conſueſcerere datiuo iunguntur. Deſueſcere ablatiuo mediante prepoſitione, ut: aſſueſco latinitati. Deſueſco a barbarie, deſuetus a latinitate.

Aſſuefacio & conſuefacio iunguntur accuſatiuo cum datiuo, ut: aſſuefacio me bonis moribus.

At, oratorium eſt. Aſt, poeticum eſt, ut poſitione longa fiat.

* Auſterum græca conſuetudine Seuerus a ſeuo

* Aufert, qui dedit. Adimit imperio coactus. Eripit qui plus ualet. primum poſſumus. 2. iubemur. 3. valemus . fron.

Auxilium ab exteris datur. Inde dicuntur Anxiliares, adiutores extranei.

Præſidium, eſt cauſa tuitionis, (ſcilicet, oppidi, caſtelli ſimiliumq;) poſitum. Subſidium, loco auxilij ſuperuenit.

* Pæſidium imponitur & ad cuſtodiam collocacatur. Subſidium quod ſubeſt deficientibus & ad ſecundos caſus præparatur. Auxilium repentinum eſt & ut proſit ex inſperato uenit. fro.

* Autor communis g. ſine uerbi origine eſt quaſi factor & rei geſtor ac conditor, ut: qui opus aliquod facit eius autor dicitur: ſicut & is, cuius nomine autoritateq; alij rē gerūt, i. ī quo ius eſt ptās.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0015-5

* Audax, ſine ratione impetum facit & nō pro-
Audacia poſt conſilium. Agr. (uidet.

* Temerarius, qui ſine reſpectu ſalutis obijcit ſe periculis & non timet. F.

* Temeritas ſine conſilio dicitur.

* Audacia, temeritatis eſt. Audentia, fortitudinis. Nonius.

Auctionari, eſt publice in foro quæ ad ſupellectilem ſpectant uendere. Inde Auctio eſt talis in publico uenditio.

B

BEllum, eſt tum ipſa pugna, tum etiam totū tempus quo in militia ſumus, quam illiterati guerram uocant, quod barbarum eſt. Prælium uero & Certamen, eſt ipſe armorum conflictus. Certamen etiam uerborꝫ eſt.

* Bellum etiam ſine prælio eſt, cum indicitur.
Prælium, ipſa pugna. Fr.

* Prælium pars belli eſt, hoc eſt, in bello congreſſiones. Nonius.

* Barbara locutio, proprie peregrina eſt.

* Barbariſmus, fit etiam in latini ſermonis locutione. Fronto.

Bibere neceſſitatis eſt. Potare ſupfluitatis

Biduo, triduo, quatriduo, & non ultra.

Biſariam, triſariam, quadriſariam, omniſariam & non ultra dicitur

Bimode, trimode, diuerſimode, omnimode, non dicuntur, ſed biſariam, diuerſo mō, omni modo.

Binoctio, Trinoctio, Quadrinoctio, & non ultra dicitur.

Bipartito, Tripartito, Quadripartito, & non ultra dicitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0016-1

Bipes, qui duos habet pedes, ſed Bipedalis, eſt q̄ longitudinem habet duorum pedum. Similiter Bipedaneus, autoribus Col. & Pli.

* Beatus, qui rebus omnibus ad uitæ uſum, ornatumq; ſpectantibus abundat. Felix omnium bonorum compos dicitur. Lau.

* Bene & male pro ualde accipiuntur, ſed male, potiſſimum de re mala.

* Bene audire eſt laudari, Male audire, uituperari. Sicut benedicere, eſt laudare.

* Bonum generale nomen eſt, honeſta pariter atq; utilia complectens, ut, bonum animi, bonum corporis.

Bonitas uero idem eſt quod benignitas.

* Bonus opponitur malo & tam ſibi quam alijs uſui eſt. Cōmodus alijs neceſſario utiq; prodeſt. F

* Buxus arbor. Buxum materia ipſa, Ca.

* Buccam, ſingulariter oratores frequentius dicunt: eſtq; maxillarum ac oris pars, quæ uento inflari ſolet. Maxilla autem interior pars oris molares continens, quorum occultiſſimus genuinus dicitur. Gena, membraua oculum tegens. Mala inter genam & buccam rotundum illud, &c.

C

CAuere, cum iungitur accuſatiuo, eſt uitare, ut uitium caueo. Cum uero ablatiuo, ſignificat prouidere, ut lege cantum eſt, & mediante præpoſitione, ut ab hoſte cauendū eſt.

Calumniari & cauillare non differunt, ſignificāt falſa crimina intendere ſeu per fraudem mendacij, & uincendi cauſa in litibus alios uexare. Inde Calumnia, id eſt, fraus & dolus.

Cadimus in plano. Decidit aliquid ex alto. Fr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0017-6

Capitium per i & non u in ſecunda ſyllaba, eſt tegimen capitis.

Catalogus, ſermo uel ſcriptura eſt, numerum uel ordinem rerum demonſtrans

Catuli licet a canibus dici uideantur, tamen etiam ſignificant ferarum ſerpentumq; filios. Pulli pecudis ſunt fœtus, auium ſiue piſcium. Hinuli, ceruorum, leporum, & ſimilium.

* Cauſa docet factum. Ratio ſoluit obſcura. Item cauſa eſt de qua agitur. Patrocinium quod accommodatur. Oratio quæ loquitur. Fr.

Celer ut ſuam rem ita alterius quam celeriter ꝑficit. Nauus a præcipuo nauis curſu dicitur, uel alterius cauſa natus, q ſtudet ꝓ officiū ſuū, & comparationem ſuperlationemq; recipit, quia cognomen eſt. Itaq; Nauus operam nauat alteri. Fr.

Ceu, pro ut capitur, imperite ponitur pro ſiue

Certe, affirmat, & e in o mutat. Cum ſcio & ſimilibus uerbis iungitur, ut certo ſiue manifeſto ſcio, pro manifeſte. Aperto pro aperte, liquido pro liquide, tuto pro tute, & ſimilia. Capitur etiam pro ſaltem, ut ſi non licet tangere, certe uidere licet.

* Certatio eſt adminiſtrantium. Certamen opis

Crepitus, ſonus eſt uiolentus ex impulſu reſultans. Sed ſtrepitus fit ex corporum tactu, ut pedū manuumq;, ſiue rerum colliſiōe, Fremitus, immodicus ſtrepitus dicitur, ut fluctuum maris, uel hominis excandeſcentis. Eragor arborum. Stridor eſt acrior, & quaſi ſibilans colliſio,

* Cedo ſibi poſcit: & eſt immobile. Dat qui non finite facit datum, ſ,

Circa, eſt iuxta. Circum uero undiq;.

Circiter, non ſolum dictioni temporis præponitur, ut circiter kalendas, ſed etiam dictioni numerum ſignificanti, ut debes mihi circiter duos ducatos etiam ad locũ refertur. Imperiti uero pro circiter circa ponunt, ut eſt circa horam primam.

Cis & citra, iuxta ſignificant, ſed de iſta parte. Cis præponitur proprijs nominibus fluuiorum & montium, ut cis rhenum, cis alpes. Citra uero alijs ut citra templum.

* Cilo, qui anguſto eſt capite cui hoc contigit in partu. Chilo dicitur modum labiorum excedens. Caper

Citra, etiam pro ſine ponitur, ut nobilis eſt citra uirtutem nemo.

* Ciuitas eſt incolæ urbs ædificia No.

* Claritas tam luminis eſt quam perſpicuitatis.

Claritudo generis. Prior itaq; ſplendoris, poſterior nobilitatis eſt. fr.

* Clam celant. Occulte latent: alteri non prodere, alteri celare naturali habitu ineſt.

Commendo te domino, hoc eſt committo. Sed commendo te ad dominum, id eſt, te lando. Recõmendo te, literæ recommendatitiæ, barbara ſunt, quia re abundat.

* Cogitare eſt dubitare, Deliberare ẽ cõfirmare, N

Conſcius cum alio ſcius eſt, etiam ſecum, Scius tãtum ſecum, Noni,

* Confiteri neceſſitatis & coactus. profiteri uoluntatis, eſtq; honeſtius, Nonius,

* Concedimus futura. Ignoſcimus præterita. No

* Contemnere minus eſt quã deſpicere. .No.

* Celare tegere & abſcondere. Cælare, inſcalpere. No.

Commentarium, elegantiſſimi. Commentum iuniores dicunt.

Comes eſt qui alterius ductum ſequitur. Sed comis eſt benignus & facilis, qui alijs non grauate inſeruit,

Collega in officio eſt, Conſors uero in præmio.

* Comes iter facit: eſtq; tutus. Aſſecla ſequitur potentiorem: eſtq; officioſus. Sodalis adoleſcentiæ nomen eſt. & eſt amicus. Cliens implorat opem & fidem. Fronto,

* Comitari, minorum eſt: quoties officij gratia maiores comitantur. Aſſectari uero quaſi comitatum præſtare, non tãtum in itinere, aut nauigatione, aut militia, ſed fere ꝑ urbem. Cæterum, deducere atq; reducere, eſt quaſi ad certum locum aliquem officij cauſa omitari: ſed fere inter homines dignitate autoritateq; æquales.

Commodamus, quæ eadem reſtituimus: ut, libros, ueſtes, ſeruum, equum hanc ipſam rem quã dedimus recepturi.

Mutuamus, quæ non eadem reſtituuntur, ut pecuniã, triticum quæ recipi neceſſe nõ eſt.

* Committimus conſilia, Credimus pecuniã, Fr

Communiter ita loquitur, id barbarum eſt. Sed ſimul, pariter, uel coniuncto.

Compenſare, ſed non recompenſare dicitur,

Compos animi, mentis, ſauitatis, id eſt, illa habeo. Compos autem uoti, optati, uictoriæ, id eſt, opera mea atq; labore obtinui uel obtineo.

Coniecto, & coniecturam facio, idem ſunt.

Coniuncte, non coniunctim dicendum eſt.

Cunuenit mihi hoc tecum, i. conſtat, & controuerſia caret.

*Conſueſcimus bona, Inſueſcimus mala. Aſſueſcimus utraq; (ret

Cõuenit hoc mihi tecũ. i. cõſtat, & cõtrouerſia ca

Conuenit hoc mihi, id eſt: decẽs, & cõueniens eſt

Conuentus religioſorum, pro illorum habitaculo male dicitur. Sed pro aliquorum congregatione capitur, vt frequens hominum conuentus.

Conciliamus nobis alicuius amorem, laudem, famam, honores, & ſimilia, id eſt, comparamus.

Conciliantur noui, & proprie inferiores ſuperioribus. Reconciliantur vero antiqui.

Confidens in malam ſignificatiõem capitur. ut audax, confidens. Interdum in bonam capitur, ut confidens conſtans & grauis.

CONSANGVINITATIS NOMINA.

Auus eſt pater mei patris & matris.

Proauus eſt pater aui paterni vel materni.

Patruus, frater patris mei.

Auunculus eſt frater matris meæ.

Amita eſt ſoror patris. Matertera, matris ſoror.

Vitricus eſt matris uir, filijs ex alio uiro natis.

Priuignus teut. ſtiefſoen. Priuigna ſtiefdochter.

Conſobrinus ſororis meæ filius. Gener eſt vir filiæ. *Conſobrini, ex duabus æditi ſororibus, quaſi conſororini. Patrueles, mariũ fratrũ filij. No.

Glos eſt fratris tui uxor. Nurus uxor filij.

Glos a doctiſſimis dicitur ſoror mariti.

*Fratriæ, ſunt fratrum inter ſe uxores.

*Leuir dicitur frater mariti, qĩ leuus vir. Non.

Nepos eſt luxurioſus. Etiam natus eſt ex filio uel filia. Vſurpant licet inepte pro filio fratris, aut ſororis. (mater.

Socer eſt parer uiri uel uxoris, Socrus eſt eorum

* Conſcribere, multa ſimul ſcribere, Exſcribere, quod ab alijs ſcriptum eſt transferre. Transſcribere cum ius noſtrum in alium tranſit, Inſcribere accuſationis eſt uel occaſionis, Aſſcribere ſignificationis, Agræ,

* Continue facimus, id eſt, aſſidue,

* Continuate ſine intermiſſione, fr,

Conſularis dicitur qui conſulatum & magiſtratum geſſit, ut pater meus eſt unus conſularum, Eyn van den ghennen, die ſyttende borgemeiſters gevueſt ſynt

Conſulo te, id eſt, conſilium peto abs te. Conſulo tibi, id eſt, conſilum do.

Conſulunt iudices, frequentius dicitur conſultant uel deliberant.

Conſultus eſt & ſciens, a quo conſilium eſt petendum

Conſultor capitur, capitur tam pro eo qui petit conſilium, quam pro eo qui dat illud.

Contra, econtrario, econuerſo, ediuerſo, e regione latine dicuntur, Sed econtra barbarum eſt. Seruius tamen in libro 12. Aenei. utitur E contra, ceu latino.

Contrarior non dicitur, ſed aduerſor ſiue contrarius ſum.

Copia libri uel literarum, male dicitur. Bene uero exemplar uel exemplarium. Copia enim poteſtatem ſignificat, ut: facio tibi mei uidendi copiam. Etiam ſignificat abundantiam, ut: copia annonæ in plurali uero, & quandoq; in ſingulari, denotat abundantiam militum.

* Controuerſiam efficit pertinacia, eſtq; partis. Lis naſcitur: & eſt ſummæ. Et litigant homines:

Res in controuerſiam deducitur.

*Contumelia infertur. Iniuriam patimur.

*Corinthium ciuem dicemus. Corinthiacum uas. Fronto.

*Culpatio a culpa incipit. Vituperatio uitium parit, Fron.

Cordetenus & mentetenus imperiti dicunt, Periti uero, memoria teneo, memoriter pronuntio
Correſpondeo non dicitur, ſed reſpondeo ſine con,

* Cura eſt animi quæ anxiū facit hominem, & tā honeſtæ quam inhoneſtæ rei eſt, Diligentia a diligendo ſingula: Huic negligentia opponitur, nec recipit errorem. f.

Cum præpoſitio, præponi debet dictioni comitem ſignificanti, ut cum bonis ambula. Dictioni ſignificanti inſtrumentum non iungitur, Male enim dicitur cum oculis uidi, cum baculo percuſſi,

Cum & tum, ſibi reſpondent, uerbum indicatiui fere poſtulant.
Et cum, iungitur illi quod minus eſt Tum uero illi quod maius. Idemq; ſuppoſitum petunt, ut Petrus cum doctus, tum bonus eſt. Male dicitur, Petrus cum doctus eſt, tum ei ſtudendum eſt. Quintilianus: Quod cum omnibus confitendū eſt, tum nobis præcipue, qui rationem dicendi a bono uiro non ſeparamus, id eſt, omnibus multū, mihi uero maxime. Cicero de amicitia: Cum ſæpe multa, tū memī domi. Idem: Digna mihi res cum omni cognitione, tū noſtra familiaritate uiſa eſt, Sed cū pro ꝗuis non indicatiuum, ſed coniunctiuum, & non tum, ſed tamen poſt ſe requirit, Cic. Satisne cōſtanter facere uideamur, qui cū p̄cipi nihil poſſe dicamus, tum & alijs de rebus diſſerere ſoleamus.

. Cunctus, a quiſque differt: quia poſitiuo & interdum comparatiuo cunctus iungitur. vt: cuncti boni, cuncti meliores. Sed quiſq; ſuperlatiuum poſtulat. vt ſupra patuit. vt: optimus quiſq;, non bonus quiſq;. Item cuncti ſignificat omnes, ſed coniunctos & congregatos. Omnes uero, etiã ſi in diuerſis locis ſunt.

*Cupido maſcu. gene. deus eſt quidam. fœmini generis idem cum cupiditate, eſtq; in conſyderatæ neceſſitatis: cum amor ſit iudicij, N.

Curioſus, a nimia & peruerſa cura dicitur. Ideo in malam capitur ſignificationem.

Curuum a ſuperiori. Conuexum ab inferiori parte dicitur.

*Cur ſimpliciter percontatur.

Quare cauſam rationemq; deſyderat. Fr.

DE, prepoſitio compoſita, in compoſitione quandoq; auget, ut: deprimo, quandoque priuat, ut: demens. Interdum ſignificat deorſum, ut: deſcendo. Capitur etiam pro ualde, ut: deamo. Etiã redundat, ut: demortuus. Quãdoq; mutat ſignificationem, vt: derideo.

Deitas a recentibus grãmaticis uſurpatur. Ab elegantiſſimis vero diuinitas dicitur.

Deuenimus ab altiori ad humiliora. Sed e diuerſo, Perueimus ad altiora, ut: peruenimus in montem, ad diuitias.

Debeo, ſæpe redundat imperite: magiſter præcepit ut debeam ſtudere, inepte dicitur, ſed ut ſtudeam, dicendum eſt.

*Decens in geſtu & motu corporis eſt, formoſus ab excellenti ſpecie dicitur. Fr.

*Decus honoris eſt. Decor formæ: eſtq; communis omnium, & facit decentiam ſpeciei, atq; in habitu eſt. Species propria cuiuſq;, eſtq; in membris

*Dedicatur deo. Conſecratur, ſacrum conſtituitur quod prophanum eſt.

Dedo, eſt ad perpetuum, & hoſtibus ſe dare. Inde Dedititij qui deſperantes ſe & ſua hoſtibus tradunt, vel qui illorum timore, altiori & potentiori ſe committunt.

De facili, inepte dicitur: ſed facile.

Defectus male ponitur pro culpa, ut cū dicitur: defectu medicorum multi perierunt, pro culpa medicorum. Nam is defectu, id eſt, carentia medicorum perit cui medicus præſto non eſt. Ita quoque male dicitur, Deus parcat tibi tuos defectus, ſed tuas culpas dicendum.

*Deliquit, qui non facit quod facere debet. Peccat qui facit quod debet ſed parum recte. Fr.

*Deluit purgat: diluit temperat. Agr.

*Delubrum in quo homines delicta ſua diluunt: ponunt enim uel ſcutum uel pilum, uel alia ſuſcepta uotis.

*Sacellum paruulum ædificium, dijs conſecratum. Templum in loco augurato.

Lucus locus fulmine ictus, & arborum ſpiſſitate tectus. Fanum Fauno conſecratum. Vnde Fauni appellabantur prius & illi qui uagabantur fanatici. Bidental locus fulmine tactus, & expiatus oue. Bidens enim ouis appellatur. Fron.

*Derectum in rectum uadens. Directum in latera arreptum.

Demumcum is, ea, id uel ita iūctum, ſignificat ſolum, ut ea demum tibi cura eſt ut mihi ita demum ſatiſfacias.

*Delator, qui defert ad accuſandū. Dilator qui differt ad proferendum, Agr.

*Deligere iudicij eſt. Diligere affectionis. Ab illo delectum militiæ aut alicuius rei delectionem appellamus. Agr.

*Denuo, ſignificat de integro & non iterum. Dicimus quod uolumus, Loquimur inuicem, Narramus quod ignoratur.

Dietim barbare dicitur, latine uero quotidie uel in ſingulos dies.

Difficile & difficulter dicitur, non autem difficiliter.

Dimidiatus, eſt qui in duas partes diuiſus eſt. Dimidius uero uel dimidium eſt pars dimidia illius dimidiati. Ideo non bene dicitur dimidium librū legi, dimidiam miſſam audiui, ſed dimidiatū uel dimidiatam. * Neq; recte dices dimidium calicē bibi, ſed dimidiatum. Agr.

*Die quarto præteriti temporis eſt. Die quarta futuri. No.

*Dignitas uirilis. Venuſtas muliebris eſt. Cicero. 3. offic.

Diſertus, eſt qui poteſt ſatis dilucide apud mediocres homines dicere. Eloquens uero qui poteſt augere uel ornare quæ uult.

*Deſertus eſt derelictus. C.

Diſciplina artis. Studium animi eſt.

*Diſpendium detexitur in ponderibus. Compendium undiq; ad pondus pertinet. Damnum dat omnibus. Detrimentum uſu tritum. Iactura quod iacitur ex onere nauis, Fr.

*Diſcrimen ad periculum pertinet, & id ad ex-

perimentum. Agr.

Diſcere, ut intelligas. Ediſcere, ut memoriter cō plectaris.

Dediſcere uero quod didiciſti obliuiſci.

Diſcretio pro ſapientia inepte dicitur, ſed latine pro diſtinctione.

Diſturbium barbarum eſt, latinum uero impedimentum.

* Diues, qui diuidendi poteſtatem habet. Locuples a copia locorum. Opulētus ab opibus. Potēs qui quod uult poteſt. Fortunatus cui ſorte aliquid contingit. Pecunioſus qui habet pecuniam, uel pecora. Fron.

Do tibi literas, tanq̄ tabellario uel nuncio. Do ad te literas ſcilicet ad te perfrrendas. Aliquando ſimul iunguntur, ut dedi Petro ad te literas meas. Itēdabis mihi pœnas, hoc eſt, tu ſuſtinebis pœnas.

Domus duos habet genitiuos, unum ſecundæ, ut domi, qui ſignificat locum in quo ſtat domus. Et ille ſæpe caret rectore, ut pater eſt domi, & nō domus. Alius genitiuus eſt quartæ, ut domus, qui ſignificat ipſum torū corpus ceu ædificium, ut edificauit pater meus partem domus, & nō domi.

Doceo talem librum imperite dicitur. Nam nō docetur liber, ſed legitur.

Diſcipulus uero docetur uel res ipſa

Docilis eſt qui facile docetur. Diſcibile quod facile diſcitur, pro quo uſitatius, ꝑceptibile dicitur.

Doctus eſt qui rationem tantum nouit. Peritus qui experientia doctus eſt, & cum experientia cō ſuetudinem habet.

*Doctus minus eſt quam peritus. Cic. 3. offic. Itaq; cum ſint docti, a peritis facile deſiſtunt ſententia. Nonius

Dono tibi munus, id eſt, do. Dono te munere teuto. beghyſtigen. quandoq; gratia præmij, quandoq; gratia beniuolentiæ, ut dij immortales quibus & quãtis me donatis gaudijs: ita dicitur dono tibi libertatem, & dono te libetatate & poſſeſſionibus multis.

*Donum quod dijs datur, inde ubi dona ponuntur donarium appellatur. Item dona dicuntur quæ diuites & potentes donant pauperibus. Item donum eſt quod militibus donatur in caſtris, vt: uallaris corona. Munus vero quod amicus, uel cliens uel libertus officij cauſa dat. Dicitur etiam gladiatorium munus (.i. ſpectaculum.) Fron.

*Donum dantis eſt Munus accipientis. Ag.

Dudum & iam dudum, de paruo tempore dicũtur, & pauloante ſignificant. Et improprie ponuntur quandoq; diem tranſcendere. Ideo inepte dicitur: Iamdudum a ſtudio uaco, ſed iam pridem: dudum ad me ſcripſit, ſed nuper dicendum. Item Pridem & Iampridem vel uuper, de menſe uel menſibus, de anno vel annis dicuntur. Sed Iamolim, Iamdiu, de multo longiori tempore. Hinc eſt quod Laurentius reprobat Macrobium dicẽtem. Iamdudum, inquit, hæc quæro ab Ariſtotele, & propoſita eſt & ſoluta, cum dicere debuiſſet: Iampridem aut potius Iamolim. De iſtis uideatur etiam in Iamolim & Iamdudum

Durare conuenit rebus malis perferendis. Vergilius. Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0028-7

E

EVadere, eſt per difficultates ad aliquid per-
Ecce, iungitur (uenire.
proſa nominatiuo, ut ecce homo. Sed in uer-
ſu iungitur actō, ut ecce duas aras.

* Ecce cum oſtendis, En cum increpas, Hem cũ dolor iram mouerit, aut cum admiratio cogitatio q; ſtuporem. Fronto.

Efflagito, eſt uehementer flagito, & pluſquam poſtulo, ut fac hoc efflagito.

Elapſis diebus feci, hoc barbarum eſt, latinum uero exactis ſuperioribus diebus.

* Elinguis habet linguam ſed uſu eius caret.

* Elinguatus eam amiſit. Fron.

Eminus, ſignificat e longinquo, ut lapidibus ſeu iaculis eminus pugnamus * quæ, ſc. e manibus emittuntur. Fronto

Cominus, ſignificat a prope, ut gladio cominus pugnamus * qui ſc, e manibus non recidit. Fr.

Aeque atq; illũ te amo, hoc eſt, pariter ſicut illum te amo.

* Error, eſt rei uitium, ut; amor dolor. Erratio incertæ uiæ.

* Erraticus, & poteſt errare & ſolet, Erraticius animus eſt, qui ſolet errare & deſinit. Erratio enim animi eſt repentina commotio, Fron.

* Erratrix, per ſe rapta eſt: ut uenatrix. Erratica hædera, uitis, Fro.

* Effertur q portatur: & efferunt qui laudãt, A.

* Et eſſerũtur proprie cadauera mortuorꝝ. Don.

* Eluxit qui lſtctum deponit. Illuxit cum lumen apparuit, Agrætius

Et præter generalem ſignificationem ſæpe capi

tur expoſitiue, ut nix candida & alba eſt. Nonnunquam pro nam capitur, ut audiuiſti & fama fuit, pro etiam capitur, ut Ieſus natus de Maria & ipſa uirgine

Et ſæpe duplicatur uenuſtius in rebus diuerſis, ut te mirantur & ciues & hoſtes.

* Eloquentia perfecta uis orationis. Eloquium, pars ſuppoſita cōmode eloquendi.

Aereum, eſt quod totum ex ære eſt, æratum uero quod in parte.

Ergo & igitur, adhibentur breuioribus concluſionibus.

Quare, quamobrem, quapropter, maioribus cōcluſionibus.

* Educere eſt extra trahere. Educare, enutrire & prouehere, Nonius.

Aeſtimo pertinet ad pretium, & eſt conſiderare & taxare. Et dicitur ab æs & τιμὴ græce, quod eſt pretium latine.

Exiſtimo autem, eſt opinor, iudico. Et prius eſt æſtimare, deinde exiſtimare.

Etſi, quanquam, tametſi, in principio exordiorum & orationum indicatiuo uerbo iungi debent. Raro alijs modis niſi in alijs clauſulis. Cicero. Etſi negotijs familiaribus impediti, uix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus.

Ex, compoſita intentiua eſt, ut expleo. Extra ſignificat, ut excludo. Ad ſiue pro ſignificat, ut ex dignitate, uſu, utilitate.

* Expleri, eſt tantum modo plenum eſſe. Satiari ſupra modum & abundantiam. No.

Exanimatus, id eſt, timens & perturbatus

Exanimis, mortuus eſt.

Exemplum eſt incorporale, ipſa res quam imitamur, aut deuitamus.

Exemplar uero corporale eſt, ex quo ſimile facimus. Raro alterum pro altero ponitur. Exemplarium pro exemplar quandoq; legitur

Exercitium iuniores aiunt. Exercitatio uero latiniſſimi.

Excubiæ diurnæ ſunt & nocturnæ. Vergilius nocturnas uſurpauit.

* Externus, eſt exteræ gentis. Alienus nullo loco ſed re differt. Fr.

* Extraneus qui extra eandem ianuam eſt. Extrarius qui extra eandem aream eſt, Fr.

Extempore, eſt ex improuiſo & immediate, uel ex temporis conditione.

* Exſul cum addita ſ. ſcribendum æthimologiæ cauſa, a ſolo. Cap.

* Exprobrat, qui commemorat quæ præſtitit. Opprobrat qui opprobrium obijcit .i. uitum. Ca.

* Excuſare, eſt obiectum crimen purgare, eiuſq; cauſam in alium reijcere, quod cum uidetur ſatis purgatum dicimus: accipio excuſationem, potius quam habeo te exruſatum: ſicut oblata aliqua cõditione quæ placet dicimus: accipio cõditionem. Item quoties id, propter quod peccauimus, adducimus in excuſationem, eleganter utimur hoc uerbo ut: excuſamus ualetudinem, uel infirmitatẽ, quoties obſtitit, quo minus aliquid perficeremus.

* Expertus eſt aliquid, aut in boua aut in mala parte, Fxperrectus a ſomno, Fro.

F

FAuſtum, id eſt, proſperum a fauendo. Inſauſtum eſt impropitium, infortunatum.

Faber dicitur non ſolum metallorum, ut uulgus credit nec lignorum tantum, ſed omniũ etiam utentium malleo ad ædificium. Et ideo cum adiuncto dicendum eſt, faber liguarius, faber argentarius

Facies a natura eſt, & ad corpus refertur. Inde ſuperficies. Sed uultus a uoluutate eſt, & ad eam refertur. * Facies, ipſa oris ſpecies. uultus, eſt uoluntas quæ motu animi in facie oſtenditur, Non.

* Item facies permanet, uultus mutatur, Caper.

* Figura, artis eſt opus.

Forma, naturæ bonum, unde & formoſus, Fron.

Faciliter barbarum, latinum uero facile, de quo Perottus in Grammat.

* Facultas, locupletis eſt multa uel emendi uel redimendi.

* Facilitas, artificis eſt in operibus pficiendis, F

Facinus eſt factum, & in malam ſignificationẽ ſumitur & in bonam, ſecundum adiectiuum ſibi adiunctum.

Factio, eſt malorum conſenſus & cõſpiratio & ciuium diuiſio. Inde factioſi, ſunt talem diuiſionẽ per fas aut nefas facientes. Seditio uero cum res ad manum uocatur cum populo ſecum diſcordãte, a ſeorſum dicta.

* Faſtus us, de ſuperbia

* Faſtus, ti. torum, libri, Agrætius.

Fateri eſt coacte. Profiteri uero ſponte. Inde profeſſor & profeſſio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0032-9

*Felix, ita natus eſt, & naturæ bono ſruitur Fortunatus cum opibus nomen accipit, fruiturq; commodo temporis. Frōto

*Feſtus a um, ad feſtum ꝑtinet, ut eſt dies feſtus. Sed feſtiuus a um ad res alias pertinet, ut feſtiua oratio, id eſt, iucunda & lepida, feſtiuum caput, id eſt lepidum.

*Feſtum, ſolemniter lætum, feriatum.

*Fauſtum uero a fauendo dictum, eſt proſperū ac propitium. Vnde coutra, Infauſtum minax inproſperum, Nonius

*Fors eſt caſus tpalis. Fortuna dea ipſa. No.

*Ferus, eſt ſæuus. Ferox fortis, Nonius,

Flagrans per l, ſignificat incendio ardens, flatu / flamma. Sed fragrans per r, odorem reddens ſignificat, & fragro, oleo

*Familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares ſint. Familiariū quod ſeruo cōpetit.

Fœnero tibi, id eſt: pecuniam ad uſuram tibi do Fœneror abs te, eſt pecuniam ad uſurā a te recipio Fœnus eſt quaſi accepti fœtus & græce τόκοσ quaſi partus multi ſumpti dicitur, ſumitur enim cum uſuris, Mutuū uero ſine uſuris, eſtq; honeſtius, N.

Fero & profero literas dicimus, non aūt affero.

Flere, eſt cū lachrymis gemere, & pectore dolere. Plorare, eſt uoce flebili & effuſa dolorem ſuū aperire. Plangere, eſt membrorum percuſſiōe ſe in dolore affligere. Eiulare, eſt uoce ſublata flere, qđ magis mulierum eſt. Vociferari, eſt uoce effrenata, non ſolum dolorem, ſed indignatiōem oſtendere. Lamentari, eſt uoce querula, triſtiq; oratione ſuam cladem teſtari, Luctus, eſt dolor qui ipſo uultu

& aſpectu exterius ſignificatur, quandoque capitur pro lugubri habitu.

*Foras eo. Foris ſum. Cap.

*Flumen idem fluit & manet *Fluuius temporibus ſiccatur. fr

*Frater aut ex alio patre aut ex alia matre poteſt eſſe.

Germanus ex iiſdē parentibus ſit neceſſe eſt.

*Frequentiam, multudo hominum facit. Turbam loci anguſtia. Fron.

Freqns, locus ubi multi habitāt, ut: oppidū aut ubi mlti diuerſantur ut: forū, platea Dicitur etiam de re animata, ut: miles eſt frequens, id eſt, creber & aſſiduus, populus eſt frequens, ſcholaſtici ſunt frequentes, id eſt, numeroſi & multi.

Fretus ſum, id eſt confiſus ſum, nō capitur pro uſus ſum.

Fio habet compoſita, ut: calefio, frigefio, quæ ī uſu non ſunt apud doctos, ſed loco eorum caleſco, frigeſco. Plæraq; tamen ſunt in uſu, ut madefio, patefio. Quæ autem in ſco terminantur, ſignificāt paſſionem intrinſecus factam. Sed quæ in fio. ſignificant paſſionem extrinſecus illatam, ut: caleſco ab intra, calefio ab extra.

Fiendus, a, um non dicitur. Sed faciendus. um.

*Fido mihi. confido tibi. Fidus amicus erit. Famulum fidelem dicito, Cap.

Fidem habeo tibi, id eſt, tuis uerbis credo. Inde fideiuſſor.

Sed do fidem eſt aliquid ſancte promitto Perfidus penultima correpta eſt qui fidem datam uiolauit Infidus vero penultima producta, cui non eſt fidem

dum. Supra vel vltra fidem, eſt plus quam credi poteſt.

Forem, fores, foret, ſignificat idem qđ eēm eſſes eſſet. Sed fore ſignificat non ſolum eſſe, ſed futurꝝ eſſe. Et ideo non poteſt iungi participio futuri temporis, ut non debet dici: Scio Petrum fore lecturꝝ quia nugatio. Si addatur participio in dus, hoc aūt tranſit in vim nominis, aut eſt nugatio.

* Fora neutro g. ſunt loca in quibus ius dicitur. Fori, maſc. g. ſpatia in nauibus, No.

* Fremere eſt magnum ſonare. Frendere alicubi cum gemitu, vel iracundia miſerum, ac minax ſonare. No.

* Fremor eſt rumor hominū. Fremitus ferarꝝ A.

* Fulget natura, vt ignis. Splendet, aurum argentum. Fro.

* Fulmen telum ipſum quod iacitur. Fulgur ignis qui coruſcat fulmine. Vnde Fulgetra, & fulgor. Fulguritum, fulgure tactū vel exuſtū. Non.

* Fultio dum fit. Fultura dum facta eſt. Fro.

* Furaciter quaſi artificioſi, a conſuetudine inuolandi.

* Furtim cum incipit, & furaciter furax. Furtiue, iam quod ablatum eſt, idq; locus facit. Fro.

* Fuſco album opponitur. Nigro candidum. Fr.

* Fungi agere eſt. Defungi peragere eſt uel deficere. Agr.

* Fundus eſt poſſeſſio ruſtica, & quiddam minus ꝙ ager (eſt.n. in eo) & quaſi ſpecies prædij: ut prata, uineta, & arboribus tam fertilibus quam infertilibus conſita, nemora paſcua, loca uenatoria, piſcatoria. & c. Fundum eſt ima pars rei aliqd liquidum in ſe continentis. Prædium infra.

G

GRatiarum actio, proprie & eleganter dicitur. Et iungitur grã cum ago, cum habeo, & refero.

Gratias ago uerbo, Gratias habeo animo refero gratias eſt facto, uel reddo gratias. Caueas ne dixeris, regratior uobis quia barbarum eſt.

Grates, poeticum eſt, raro oratorium. Redire ĩ gratiam, eſt reconciliari, etiam cum inanimatis.

Gratificari, proprie eſt aliquid cõferre, ut: deus gratificatur hominibus.

Gratum facio, eſt obſequor & inſeruio.

Gratulari, eſt uerbo teſtari te gaudere de bona fortuna, aut felicitate, aut promotione alterius. Etiam gratulari quandoq; dicimus pro eo quod ẽ gratias agere, ſed fere non niſi dijs immortalibus.

Gratari, in eadem ſignificatione accipitur, ſed poeticum eſt.

*Genus familiæ Gentem regionem recte dicimus. Ag.

*Genitrix ſemper quæ genuit. Mater uero aliquñ etiam pro nutrice accipitur.

Genera quandoq; ſpecies nominantur, vt: quot ſunt arborum genera.

*Gallus natione. Gallicus ex Gallia.

*Glacies, eſt quæ ex coitu aquæ conſtagnat. Nix uentorum ritu cadit. Fro.

Glorioſus, capitur in bonam partem, ut: glorioſus martyr, & in malam, ut: glorioſus homo, vel miles. Cætera in oſus fere in malam ſignificationem capiuntur, vt: cerebroſus, vinoſus, capitoſus, famoſus. &c. Ideo male dicitur: famoſo aut famoſiſſimo collegio uel domino. Sed famatiſ

ſimo domino uel collegio, dicendum eſt.

* Glorioſus unius eſt gloriæ. Gloriator non habet cauſam gloriandi. Glorioſus pluribus de cauſis eſſe cogitur. front.

Gnatus, id eſt filius. Gnata, id eſt filia, poeticum eſt.

H

HAud ſecus ſentio, id eſt: non aliter. Et ponitur ſæpe numero in eadam oratione continuo, ut haud pro non, & ſecus pro aliter.

Ponũtur interdum cum atq;, ut haud ſecus ſentio atq; tu. i. q̃ tu. Haud quaq;, id eſt, non.

Habeo beniuolentiam ad te, non dicitur. Sed gero beniuolentiam in te uel erga te.

Habeo tibi grãs, non regratior tibi, dicendũ eſt.

Habeo polliceri uel pollicendum. Habeo audire uel audiendũ, ab elegantiſſimis dicitur pro pollicendum uel audiendum eſt mihi.

* Habere poteſt etiam fur, nequam. Poſſidet nemo niſi qui aut relictæ, aut donatæ rei, aut emptæ dominus eſt: Itaq; in habente onus eſt: in poſſidente uſus. front.

Hei, datiuo iungitur uel accuſatiuo, ut hei mihi, hei miſeriam

Heu, nominatiuo & accuſatiuo iungitur, nõ datiuo, ut heu priſca fides. Heu me miſerum. Heuheu nullum caſum regit.

* Herbidus locus, in quo herba eſt, etſi aridus eſſe conſueuerit: Herboſus, qui herbam facile generat, etiamſi ad tempus aridus ſit, C

Hæreſis & ſecta, nihil differunt, niſi q alterum græcum, alterum latinum.

Hic in plurali unico i & æ ſcribitur, ut hi & his. Ita hæ & his, Sed Is i duplo ſcribetur, ut ij uł ijs, & eæ fœminæ

* Hic & iſte in proximo notant. Ille oſtendit quidem longe ſtantem: ſed in conſpectu. Eum abſentem refert, Fr.

Hiſcere, capitur pro loqui, aut os ad loquendum aperire, ut quid habes quod hiſcere audeas. Dehiſcere eſt deorſum peſſumq; apiri, ut terra dehiſcit.

* Hoſtia minor eſt q̃ uictima No.

Hoſpitium, non ſolumeſt taberna meritoria uł diuerſorium, ſed & ius amiciciæ inter hoſpites, hoc eſt, amicos diuerſa loca habitantes, familiariter ſe mutuo recipiendi: quam hoſpitalitatem uocant.

* Hoſpes qui in aliena ciuitate eſt, aut qui in noſtra non ſua eſt. Peregrinus uero, q in ſua nõ eſt aut ex noſtra non oriundus. Item hoſpites, tam qui in priuato alicuius quã qui in publico hoſpicio ſunt.

Hoſpes qui recipit & qui recipitur, ſicut uector qui uehit & qui uehitur. Agr.

* Homonymia, una uoce multa ſignificat. Sinonymia multis uocibus idem ſignificat: Fro.

* Horret corpus. Trepidat motus animi F.

* Horrẽdum tetrum & euitabile. Horridum plærumq; extans & prominens. No.

Humanitas, non ſolum beniuolentiam & comitatem latini dicendam putauerunt, ſed etiam ſtudiorum artiumq; appetitum. Inde humanitatis artes dictæ ſunt.

Humidum quod extrinſecus aliquid habet humoris. Vuidum quod intrinſecus, unde & uuæ ſunt dictæ. Hæc Seruius ægloga .x. Virgilij. Similiter Perottus. * Idem Seruius Vliginoſum

agrum dicit qui eſt ſemper humidus. Humidū vero qui aliquando ſiccatur.

* Humile dicitur quod eſt humi decliue. Vñ & pro paruo abiecto ſubmiſſoq; accipitur

I

I * Iactamur in littus Deferimur in portū. Ca
Am, eleganter uſurpatur quaſi pro tunc, ut ſi hæc ſtudueris præcepta, iam elegans eris.

Item capitur iam pro interea, cū vero iunctū, vt iam uero, id eſt, interea. Item capitur pro nunc nunc, cum geminatur, ut iamiam latinus es. Sed notandum quod ſequitur

Iamolim & olimiam. Diu & iamdiu, idem ſignificare uidentur, id eſt, iam a longo tempore. Olim, etiam pro futuro apud poetas capitur. Etiam pro aliquando. Nonnunquam pro iamdudum. Diu uero nihil aliud ſignificat quam per longum tempus, ut diu nauigaui, diu equitaui, non autem diu receſſi, diu equum aſcendi: ſed nuper receſſi, aut dudum receſſi, uel equum aſcendi. Cauendum eſt ne uerba quæ momentaneam actionem ſignificant, his aduerbijs iamdiu & diu, iamolim & olim applicentur, quare non recte dicitur: iamdiu publicaui opus hoc, iamdiu uxorem duxi, ſed iampridem uel iamdudum, quæ dicuntur de re uel actione immorante, licet recte dicatur, iamdiu eſt opus publicatum, quia hoc ſignificatur continuatio temporis, quo opus publicatum eſt. Hinc eſt quod non bene dicitur iamdiu ſonuit tuba, iamdiu mortuus eſt, ſed tuba dudum & iamdudum ſonuit, & dudum mortuus eſt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0039-2

Iamdudum, & iamolim, iampridem, iamin-
de, ſic differunt a ſuis ſimplicibus, uidelicet, dudũ
olim, pridem, quod in compoſitis his continuatio
ſignificatur, in ſimplicibus vero non. Item nuper,
dudũ ſeu pridẽ, dicuntur de re vel actione q̃ non re
ſiſtit, ſed ſtatim tranſit. Iamdudum, et iã pridem,
de reſiue actione quæ inſiſtit & immoratur. Et er
go illa ſuperiora uerbũ præteriti temporis poſtu-
lant. Hæc poſteriora, frequentius præſens, licet q̃n
q; præteritum, vt: dudum intraui nauem. Sed iã-
dudum te expecto, id eſt, hora vel ſemihora, vel
duæ horæ ſunt aut tres, aut admultum quatuor, ex
quo intraui, & exquo te expecto. Item, nup ex Sici
lia rediȷ longum tempus ſignificat, & actum non
immorantem. Sed iampridem ex vrbe abſum vł
iampridem ex vrbe rediȷ, id eſt, ſuperioribus die-
bus vel menſibus rediȷ. Etiam mulri dies ſunt. uel
multi menſes, ex puo abſum ab vrbe. Et ſignifica
tur hic continuatio temporis, illic minime. Hic, ſig
nificatur cum præſenti mora illic momentum ap
plicationis. Item iamdudum & iampridem, ali-
quando pro continuo, apud poetas capiuntur. Ver
gilius: Iamdudum ſumite pœnas. Terenti. Iam
dudum te amat.

*Ieiunium dies eſt. Ieinuitas cibi abſtinẽtia. Fr.

Ientari, inde ientaculum, eſt cibum commedere
quo ieiunium ſoluitur.

*Ignominia imponitur ab eo qui poteſt animad-
uerſione notare.

*Infamia ex multorum ſermone naſcitur. Fro.

*Iniuria leuior eſt, quam contumelia. No.

Iuuenta, ætas eſt, *etiam dea ipſa, quæ & uxor
Herculis dr̃, aqua & iunius menſis appellatus. A.

Iuuentus, uero ipſi iuuenes ſunt.

Idem, quandoq; capitur pro etiam, ut: beneficentia quam eandem liberalitatem uocamus, hoc ē, quam etiam.

Is, ea, id coniunctionem recipit. Idem vero non, vt: ueſtis pauca & ea detrita, aut eadem detrita ſine coniunctione

Ignis, proprie ablatiuum facit per i, ſed poetice per e.

Impartio tibi bona mea, vel impartio te bonis meis. i. diſtribuo vel communico tibi boua mea.

Impregno impregnata, barbarum eſt. latinum vero pregnans.

In, prepoſitio compoſita ſignificat valde, ut: increpuit. Capitur pro non, ut iniuſtus. Pro inter, vt: benedicta in mulieribus. Pro contra, ut: uadit in hoſtes. Quandoq; redundat, vt: incanus homo.

In & ad, indifferenter ponuntur ſic. Eo, vado, confero me, proficiſcor ad uel in uillam. Et in ſimilibus ſimiliter. * In, ſignificat aut intus, ant nimis aut ualde: & interdum pro non ponitur. Fr.

* Incertum nec tempus nec numerum recipit. Dubium a duodus incipit. Fron.

Ineo rationem, Ineo fœdus, pacem, ſocietatem, bellum, uiam, quaſi capeſſo atq; ingredior, quod non niſi in re graui dici ſolet. Ideo non proprie dicitur. Ineo prandium. Inimus gratiam, non autem amorem, id eſt, in gratiam imus, gratiam comparamus. Sed magis proprie eſt fauorem quam amorem comparare.

Inelaboratum, dicitur quod artificio non ſatis excultum eſt, & uitio dari ſolet.

Illaboratum uero, quod ſine labore factum uidetur, quod laudi tribuitur.

* Inchoat, qui incertum facit

Incipit, cuius exitum ſperat. Fro

* Illuuies ſordium eſt. Ingluuies uentris, Illud a lauando, hoc ab ingluuiendo, Agr

Iniens ætas, adoleſcentiam ſignificat, ut te ab ineunte ætate non ſecus ac fratrem charum habeo.

Iniuriatur mihi, barbarum eſt, latinum uero iniurius eſt mihi, ſiue iniuria me afficit

Inimici ſic differunt ab hoſtibus, quod inimici dicuntur qui priuatim inter ſe odium exercent, ut ciues. Hoſtes uero ſunt quibus bellum publice eſt

Inueho non dicitur, ſed inuehor deponentaliter

Innuere, eſt facie ſignificare. Annuere aũt uolũtate

Inuidentia, eſt inuidentis

Inuidia, illius cui inuidetur. (ſuſtinet. C.

* Inuidus qui inuidet. Inuidioſus qui inuidiam

Incola, dicitur qui in aliena regione habitat

Inquilinus, dicitur ab in & colo, qui moratur in alieno, proprie tamen conducto, ſiue in urbe, ſiue ruri. Catilina uocauit Ciceronem inquilinum in eum inuehens.

Incumbere, ſignificat conatũ & diligẽtiam, ſiue mente ſiue corpore alicui adhibere. Si ad mentem referatur, iungitur datiuo, uel accuſatiuo mediante præpoſitione in uel ad, ut ego incumbo ſtudijs, in ſtudia, uel ad ſtudia. Si ad corpus, datiuo tantum iungitur, ut operi mœchanico incumbo.

In diem & indies, ſic differũt, in diem uiuere, eſt ad tempus tantum uiuere, nihil de craſtino cogitare. Salluſtius. Panem in diem mercari, quaſi dicat præſentis diei habere panem, & nihil cogita-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0042-5

re de craſtino. Ita quoq; uolucres præſentis modo
cibi memores in diem uiuunt. Sed indies eſt quo-
tidie, uel in dies ſingulos, & proprie cum quodam
incremento. Ideo cum comparatiuo frequenter iũ
gitur, ut indies doctius loquor, indies pauciores ad
me ſcribis literas, amicitia noſtra indies fit maior

In horam & in horas, eandem habent differenti
am quam in diem & indies. Cicero: Hæc quæ in
horam uiuunt, non modo de fortunis & bonis ciui
um, ſed ne de utilitate ſua cogitauerunt. Vergili-
us: Gallo cuius amor tantum mihi creſcit in ho-
ras, Quantum, uere nouo uiridis ſe ſubijcit alnus.

Indoles, eſt futuræ ꝟtutis ſignificatio, nõ in pueris
& adoleſcentibus tantum: ſed in uiris etiã, & præ
ſentis quidem uirtutis, atq; animi generoſitatem
quandam interdum ſignificat. Quandoq; in ma-
lam partem capitur, & eſt futuri uitij ſignificatio
Tranſfertur ad inanimata, ut: ſemina ad ſeruandã
indolem ualent.

*Inuicem, eſt quaſi in uices, ſeu per uices. Vi-
ciſſim uero, ſecundo loco, ſiue ediuerſo, ecõtrario.
Reperitur tamen utrumq; interdum uſurpatum
pro mutuo, dum non per uices, ſed ſimul alter alte
ri beneficium ſeu officium impendit. ¶Inuicem eti
am pro uiciſſim nonnunquam inuenitur.

Indulgeo, non eſt parco, ut uulgus ait, ſed eſt mol
liter & delicate concedo, tribuo, & permitto,
ut: indulgere gulæ noli. Inde uenit indulgẽtia, quæ
eſt delicata & mollis conceſſio, tributio, obſequi
umque delicatum. Vulgo pro uenia & remiſſio-
ne culpæ ſumunt, ut in bullis papalibus Vbi recti
us co.ıdonationes diceretur

Induſtrioſus non dicitur, ſed induſtrius.

Infenſus, eſt uehementer iratus, odium gerens.

Infeſtus, eſt ualde moleſtus, atq; in aduerſum uadens.

Infeſtare, eſt incurſibus crebris moleſtiam dare ſeu facere.

Inficias eo, id eſt, nego. Et habet tantum accuſatiuum pluralem ab inficior, id eſt, nego. Et iungitur ſemper eo.

Inficiator, qui negat ſe uel debere quod actor petit, uel omiſiſſe quod accuſator obijcit. Inde inficiari, id eſt, negare.

Infinitiuus cum accuſatiuo & cum ne, ſine altero uerbo iuncto, petit ſubintellectiõem, uere ne ita eſt? uel oportet ne? ut, me ne ſic laceſſitum deſiſtere. Vergil. Me ne incepto deſiſtere uictam, id eſt, oportet ne?

* Innuere, eſt facie ſignificare. Annuere concedere. Item Annuere & Innuere narium uel labiorum. Nutare capitis Nictare oculorum. No.

* Innocens non nocens. Innocuum illæſum. Idem

* Inuidentia dicitur cum inuidetur, eſtq; non ſolum in eo cui inuidetur. ſ; etiã in eo q inuidet. Ci. 3 Tuſ.

* Inuidia uero ipſe actus inuidendi

* Inuidia etiam eſt, uel dicto uel facto in alterum maleuolentiæ conciliatio. Vnde dici conſueuit: Abſit uerbo inuidia.

Infra, ſignificat contiguitatem loci cum locato, ut lapis infra murum eſt. Etiam non contiguitatem ut infra tectum ſum. Ad dignitatis contemptum refertur, ut doctus infra indoctum eſt. Quod infra bonorum dignitatem eſt

Intra uero, circumcluſum locum ſignificat, ſed non cum locato contiguum, ut intra urbis muros

ſum. Etiam præponitur dictioni ſignificanti tempus uel numerum, ut intra ianuarium ad te ueniā, uel intra duos menſes, ubi infra pro intra, barbare & non latine dicitur.

* Introimus uel irrumpimus, intus ſumus. Ca.

In manibus uel in manu eſt, præter generalem ſuam ſignificationem, in poteſtate ſua eſſe ſignifi (cat.

In medium ponitur deliberatio, id eſt, in commune.

In mentem uenire, ſignificat non ſolum cogitare uel intelligere, ſed etiam reminiſci. Et cum dicitur huius rei mihi in mentem uenit, genitiuus pro nominatiuo ponitur.

In primis, inter primos ſignificat, uel cū primis.

In paucis, inter paucos, & poſitiuo non ſuperlatiuo iungitur

Inſignis, in bonam malamque partem capi poteſt, ſicut & Eximius.

* Inſcius, aliquid neſcit, & in parte errat. Neſcius nil nouit, & in toto errat, Fr.

Inſimulare, eſt crimen ingerere uel imponere.

In ſingulos annos, & quotannis, idem ſunt. Dicimus tamen in ſingulos menſes, in ſingulos dies, nō autem quot menſibus, quot diebus.

* Inſita arbor, eſt cui inſiſſæ alienum germen includitur. Adſita cui incolumi aliquid ut ſuſtineat adiungitur.

Inſtaurata, dicūtur ædificia reparata, ad antiquā ſimilitudinem facta. Reſtaurata, proprie tertio reparata,

Inſtar, ſine præpoſitiōe, ad, ponendum eſt, ſed tamen per, ad, exponēdum, ut hoc inſtar illius factū eſt, id eſt, ad illius modum. Et ſignificat potius ad

æquiparatiōem, uel menſuram, aut modum, quā ad ſimilitudinem. Et ſi ſimilitudo facienda eſt, nō per inſtar, ſed per alia eſt loquendum. Non enim dicendum eſt. Inſtar Salomonis loqueris, ſed ad ſimilitudinem litudinem vel in modum vel tanquam Solomon. Ita non debet dici inſtar patris loqueris, inſtar languidi ſedes, ſed ad ſimilitudinem.

Inſtituta, ſunt boni mores, conſilio & ratione ſumpti, ut de bonorum inſtitutis loquor. Sed inſtitutiones quibus inſtituimur & docemur, ut: libri Quintiliani de oratoria: & Lactantij de diuina inſtitutione. Inſtitutum autem, inceptum vel bonus mos eſt.

Inſtruo & Inſtituo ſic differunt. Inſtruo milite, aciem, claſſem, cauſam Inſtituo vero diſcipulum aut alicuius mentem. Et capitur inſtruo, nonnunquam pro inſtituo.

Interdico te, uel tibi aquam, non dicitur. Sed quatuor alijs modis ſcilicet interdico tibi, tu interdictus es, tibi interdictum eſt aqua & igni. A qua & ignis tibi interdictus, ita quoq; mali iure & honeſtate interdicti ſunt.

Interrogatio per obliquum facta contemptum ſignificat, ut: quid hoc hominis ē.

Interrogatio, quæ affirmationem ſubintelligi vult, debet fieri per non, ut: non ego tibi ſum amicus? ſubauditur ita. Sed interrogatio quæ negationem ſubaudiri uult, per num uel nunquid facienda eſt, ut: non ego uel nunquid ego ſum mortuus? intelligitur non. Et hoc non per, n, in fine ſcribēdum eſt, & ſignificat an, ſed num per .m. ſignificat nūquid.

Ipſe pro ego præſertim diſcretiue ponitur.

*Ipſe pronomen dignitatis. Iſte abiectionis.

*Iracundia perpetua eſt. Ira ad tempus ſuſcipitur. Victorinus:

*Iratus ex offenſa eſt. Iracundus natura.

*Inuehor & iocor in petrum.

*Inuenimus aliena. Reperimus noſtra. Fro.

Iſmarus Thraciæ mons eſt. Iſmara circa eum urbs eſt.

Item, idem, itidem, identidem, ſignificat ſilr.

Iter facere non itinerare eſt, ſed iter aut uiam ingredi.

*Iucundus, proprie in proſperis, eſt quaſi læticiæ pleuus & uoluptuoſus. Gratus uero in aduerſis, quaſi plenus affectus & fructus.

*Iure meo, ē quaſi pro mea licentia autoritateq́;, & conceſſa mihi ab omnibus libertate.

L.

LAbo, as, are, prima breuis, eſt repente cadere, ut: paries labat. Sed labor, eris, prima longa eſt, & ſignificat leniter ſenſimq́; deorſum eo, ut flumina anguis & ſimilia, unde dij a cœlo labuntur, non labant. Elabor, eſt periculum effugio, ut: de inimicorum manibus elapſus eſt. Dicit tamen Virgilius, animumq́; labantem impulit.

*Labium, ſuperius eſt Labrū inferius, Roſtrū non niſi incuruum dicitur. Ag.

Lacer non dicitur, ſed lacerus.

*Lapis ex ſaxo cæſus eſt. Saxum uero naturale eſt. Fronto:

Latebræ hominum dicuntur. Latibula proprie ferarum

*Laſer, caulis uirgulti herbidi ſic dicti. Laſerpitium flos eius. Cap.

*Laus facti inſtrumentum eſt. Laudatio uero rerum geſtarum relatio. Fr.

*Lauant homines & lauantur. Balnea tantum lauant. Cap.

Latorem ſiue portatorem literarum, elegantiſſimi tabellarium uocant.

Lætari, proprie eſt extrinſecus. Gaudere uero intrinſecus.

*Lætamur de noſtris. Gratulamur de alienis, A

*Largitas hūanitatis eſt. Largitio ambitiōis. a.

*Lepos, iucunditas uoluptatis. ut lepos eloquīj, unde: lepidum gratum dicimus. Lepus animal. Agrætius.

Liberi pro filijs & filiabus, ſingulari caret. Non tamen ſeruant illam elegantiam numeralium, ut binos ternos uel alteros liberos dicamus. Sed ſic, ex tribus liberis meis, unum literis, alterum militiæ, tertium mœchanicæ arti tradidi.

Licentia, nonnunq̄ in malam ſignificationem accipitur, & eſt quædam impunita poteſtas agendi quicquid uelis, ita Terentius dicit. Deteriores omnes ſumus licentia. Nonnunq̄ capitur in bonā ſignificationem, ut monachus per licentiam ſuperioris poteſt ſe transferre in ſtrictiorem religionē. Male dicitur, magiſter nobis ludendi licentiam dedit, ſed ludendi poteſtatem.

Liceor, & eius frequētatiuum, Licitor, eſt in auctione facienda prætium deferre, aut in publicā uenditione precium augere. teuto. verhogen, inde licitator, licitans, licitatus, licitaturus participia. Ergo licitatores pro æſtimatoribus ſiue appretia-

toribus male ponitur.

*Limen ædium, limes regionum, Ag.

Litera, in ſingulari pro epiſtola, poetice in uerſu interdum ponitur, in proſa uero non niſi tantū pluraliter, & dici debet, ſcripſi unas literas, binas, ternas, &c. Sed unam epiſtolam, duas epiſtolas, tres, dicendum eſt. Item portator literarum ponetur in datiuo, cui ſcribitur in accuſatiuo, ut do literas tabellario uel nuntio ad patrem meum. Et nuntius dicit fero uel perfero literas, non affero. Sic reddidi literas, non attuli, & redditas, ſeu perlatas accepi uel recepi, non delatas uel allatas.

*Litare, eſt propitiare, & uotum impetrare. Sacrificare eſt ueniam petere. No.

*Lis, eſt inter inimicos diſſenſio. Iurgium inter beneuolos aut propinquos cōcertatio diſſenſioue itaq; leuius eſt. No

Longe, qñ ualde ſignificat, iūgitur comparatiuo vel ſuperlatiuo, vt: longe doctior, longe doctiſſimus. Et his dictionibus, ante, poſt, alius, alter, ſecus, alienus, diſſimilis, diuerſus. Item iungitur cō poſitis a præ, ut longæ præſtas. Item cum primus, ſecundus, ſummus, præcipuus & ſimilibus. Item facile, quando capitur pro non dubiæ, eandem habet elegantiam.

*Longum præuerbium eſt: itaq; uerbum illi apponitur. Longinquum, itineris eſt. F.

*Loquela eſt cuiuſq; gentis propria dialectos. Sermo omnium gentium eſt. Fr.

Luſcinia, uulgo philomena dicitur. Philomela, doctiſſimi ſcribunt,

Ludus, habet præmium aut damnum propoſitum, teutonice ſpeel.

Ludus latine, ſchola græce dicitur, ut ludi magi-
ſter, id eſt, rector ſcholarum, eo quod in ſcholis eſt
ludus & labor & uapulatio.
* Item: Ludos egregios fecit, non dedit dicendũ, C
Ludus, in uerbis meram uoluptatem habet, & eſt
idem quod iocus, ſed iſtud in uerbis eſt tantum.
Luſcus, eſt altero oculo priuatus, ſcilicet qui ſolũ
unum habet oculum.
Strabo eſt oblique reſpiciens. Cæcutiens, qui parũ
uidet & frequenter offendit.
Luxuria, proprie libido eſt, & ſignificat omnem
ſuperfluitatem uictus & amictus, Et pro actu ge-
nerationis barbarum eſt.

MAior & minor, non ad dignitatem, ſed ad
tempus referuntur, & dicũtur tantum de
bonis, ut de duobus Catonibus dicimus.
Cato maior & Cato minor. Sed ſuperior, inferior,
& poſterior, dicuntur de multis, ut Dionyſius infe-
rior Dionyſius ſuperior. Qui numerus cum ſupe-
rat, nõ per comparatiuum: ſed per poſitiuum aut
ſuperlatiuum loquimur, ut Alexander magnus,
Valerius maximus
Macte, non ſingularem tantum utm̃, ſed etiam no-
minatiuum utriuſq; numeri habet, ut mactus, uel
macti ṽtute eſtote
* Magnũ, in amplitudine eſt. Grande in incremẽ-
to. Immane præcipuæ amplitudinis, Fronto.
Hic malus nauis eſt. Hæc malus arbor pomaria.
Mane ſummo, multo mane, nõ dicuntur. Sed pri-
Multo ante lucẽ, de mane tñ legitur. (ma luce
Maneo te & moror te, poetice exponũtur .i. expe
Oratoriæ uero .i. retineo uł in mora teneo. (cto te
Maneo etiam dicitur futurũ eſt, ut bonos magna

laus manet.
Mango, pro equo, eyn pert, barbarum eſt. Sed proprie uenditor equorum, uel puerorum ad libidinem.
Marinum, uocatur quod ex mari eſt, ut aqua, aut quod mare incolit, ut: auis, piſcis, nauis. Maritimum uero quod ad mare eſt, ut gentes, uillæ, uel quod ad mare fit, ut bellum maritimum
Medico, & medicor te. Sed medeor tibi.
* Medicamentum uide ubi remedium.
Melo melones, barbarum eſt, latinum uero pepo.
Memi, licet ſit præteriti temporis, tamen pro præſenti fere capitur, ideo improprie cum uerbo pſenti iungitur, quia præterita non præſentia recordamur, ut non meminiſſe decet ſed decuit, eſt dicendū, Sed meminens non dicitur. * Agrætius tamen ſecus præcipit: Nam inquit, Memini ſermo eſt totus præteriti temporis, qui ante factam rem in præſens reuocat: & ſi dixeris memini me feciſſe duo pterita ſimul iungis, hæc ille. Item ait: fere addi, aut etiam, aut aliquantum ſermonem qui præſens tempus reſtituat
* Meminiſſe oīm animantium eſt, ut: cibi, potiōis ſomni, uoluptatis. In memoriā reuocare quod exciderit non niſi hominis. Noni.
Memoria teneo, nō memoriter. pronuntio memoriter, non memoria. Complector, ſiue repeto memoria, non memoriter. Redigo, reduco, reuoco in memoriam quod excidit
Memorare, eſt aliquid exponere
Mænalus, eſt mons arcadiæ. Mænala nō legitur.
Mereo, capitur pro milito, regit ablt̄m̄ut miles ſtipēdio meret, ſʒ mereor de te. i. aliquid in te cōfero ſ. bn̄ficij uł honoris. Sʒ ſi offēdo, male de te mereor

Demereri pro bene de aliquo mereri capitur, ſed cum accuſatiuo, vt probat Laurentius: Emereor idem eſt pene quod mereor. Inde Emeritus, uide in Laurentio.

Meritorius, eſt qui pro labore aut dignitate ſua aliquid meretur.

Merenda cibus eſt qui poſt meridiem datur.

* Meretrix a merendo dicta, quod copiā ſui tantum modo noctu faceret. Itaq; honeſtioris loci eſt & quæſtus. Proſtibula uero, quod ante ſtabulum ſtet quæſtus nocturni & diurni cauſa. Ag

* Metus motus eſt animi. Timor tumor. Formido fert interdum rationem. Pauor puerilis eſt. Fr.

Meticuloſus, a meticulo, eſt plenus metu.

Migro, emigro, commigro, & demigro, idem ſunt quod domicilium muto. Tranſmigro eſt in domicilium longioris loci migro. Remigro eſt in priſtinum domicilium reuertor.

Migro, per tranſlationem pro mori capitur, ut: ex uita migrauit.

Mille, inuenitur neutri g., indeclinabile ſingularis numeri, ut Cicero. Inuentus eſt qui Antonio mille nummum ferret expenſum. Etiam eſt adiectiuum, vt: mille homines, milia uero eſt pluralis numeri indeclinabile ſubſtātiuum. Inde mille hominum, & mille homines. Item milia homines, non dicitur, ſed milia homiuum. Item ſubſtantiuatur mille hominum, ut: multi hominū, pro multi homines. Quod autem ait ſcriptura, debebat decem milia talenta, duodecim milia ſignati: figurate dictum eſt.

Minus, pro non ponitur, quando iungitur ſin, vt: ſin minus, id eſt, ſi non. Et quando cū quo, capto

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0052-0

pro ut, ut: quo minus. i. ut non.

* Miſerari, eſt flere & lamentari. Miſereri, miſericordiam alienis caſibus adhibere. No.

Miſſum facio, i. omitto & tranſeo de hac re loqui: dimitto uero non dicitur.

Mitto tibi literas: & ad te dicitur.

Modernus & moderni, barbarum eſt, latinum uero iuniores & recentiores.

* Monet quis propter beneuolentiam. Admonet ut confirmet memoriam. Submonet ut poſſit ordinate pronunciare: idq; officij eſt. Obiurgat uero eum cuius habet poteſtatem. fr

Item: Monemus futura. Admonemus p̄ſentia. Commonemus præterita. Ag.

Modo ſcripſi dicendum, non ſcribo.

Monſtroſus potius, non monſtruoſus dicitur.

* Monſtrum eſt quod contra naturam offertur, ut: minotaurus, in quo rectus ordo naturæ uincitur. Oſtentum quod præter conſuetudinem, utputa: ſi uideatur cœlum, terra uel mare ardere: in quo raritas admirationem facit. Portentum quod porro & diutius manet, futurumq; poſtmodum aliquid ſignificat, & in hoc differtur euentus. Prodigium quod mores faciunt, per quod detrimentum ſignificatur uel expectatur. Fr

* Monſtra & oſtenta, ſimiliter intelliguntur, q imminentia monſtrent & oſtendant. Omen uero, uotum eſt mentis & uocis. Vnde ſacrificantibus dicitur: bona omina habete, id eſt, ut circunſtãtes, & mente bene uelint, & bona oribus proferant. Portentum, non ſolum quod portendat, ſed etiam quod iam apportet, & faciat ex his ſignificatioīb. q̄ in augurijs, & auſpicijs, & extiſpicijs oſtēdūtur.

prodigium quaſi ...

Prodiguum autem ſemper peſſimum eſt, dictum quaſi porro adigendum. Item monſtra ſunt oſtenta & monita deorum. Prodigia, deorum minæ. Portenta oſtenta quæ aliquid iminere ſignificãt. Noni.

Morem gerere, eſt complacere. Morigeror inde.

Moroſus, eſt malis & difficilibus morib. iſtitutus.

Moratus, dicitur qui bonis moribus inſtitutus e.

* Moroſa eſt contrarijs, peruerſiſque moribus. N.

Mulier & fœmina. ſic differunt. Fæmina uirginem & corruptam latine ſiguificat. Græce uero & eccleſiaſtice mulier utranque notat, latie uero corruptam tantum.

Mulciber, nõ ſecundæ, ſed tertiæ declinationis e.

Multo, Paulo Quanto, iunguntur comparatiuo, ut: multo citius, multo fortius, multo fortiſſimus, doctiſſimus. Etiam iungitur cum an, poſt, alius, aliter, & ſimilibus ut: pauloante, multopoſt, multoaliter euenit

* Multare, cum ſit condemnare tñ poſitum eſt pro augere uotis compotem reddere.

Multum eſt a plurimo minus ac non ſupra modũ. Plus ſicut in plæriſque, q̃ maioris ſunt quam eſt neceſſarium

* Murmurare maioris ſoni eſt, & proximi ad tumultum. muſſare hominũ occulte & depreſſa uoce loquentium quod celatum uelint:

* Merx eſt ſpes ipſa. Mercatura actus ipſe, vel lucrum de merce. Mercatus autem locus in quo agitur mercatura.

Multociens, non eleganter ſed frequẽter dicitur.

Munimeta ſunt, qui contra hoſtium aduentum muniuntur, ut: fortilia & ualla.

monumenta uero ſunt libri, hiſtoriæ, ſtatuæ, ſe-

pulchra, & ſimilia, quæ rei præteritæ memoriam inducant.

Mutuo tibi, id eſt, fœneror tibi, id eſt, do mutuum. Sed mutuor, & fœneror abs te, id eſt, mutuum recipio.

NAm, prima in clauſula ponitur. Namq; uero prima & ſecunda, dictione præcedente collocatur.

Nam, iuncta cum quod, pro autē capitur, ut: nam quod iſti dicunt, pro qđ autem.

N, litera iuncta dictioni terminatæ in uocalem, ꝑ paragogen, ſignificat ne, ut: mihin, id eſt, mihi ne, ſatin, id eſt, ſatis ne, uiden, eſt uidesne. Audiſtin, id eſt, audiſtine, men queris, id eſt, me ne.

Nanciſci, nactus, licet pro acquirerere, tamen pro inuenire frequenter capitur, ut; ut ego bonum amicum nactus ſum.

*Naſcitur, quod de utero decedit. Enaſcitur, qꝺ de terra aut de aqua exurgit. A.

Natu maior, ſeniorē ſignificat, minor natu minorē

Natus eſt uirtuti, & ad uirtutem. Ita paratus eſt ſeruitio, & ad ſeruitiū. In ſiſibus pariter dicimus.

* Natio ſolum patriū quærit. Gens ſeriē maioꝝ F

*Nemo in perſona dicitur, id eſt, nemo homo. Nullus eſt tam in re quam in perſona.

Ne, ponitur quandoq; interrogatiue, ut: me ne incepto deſiſtere uictam. Item me ne Iliacis occūbere campis non potuiſſe: exponit Laurentius: Ne id eſt, uere, ita ne eſt, me non potuiſſe occumbere. &c. Capitur etiam pro nec ſequente quidem, capto pro, etiam, dictione aliqua intercedente, ut non eleganter ſed ne latine quidem dictum, id eſt, nec latine etiam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0055-7

Ne quidem, & nedum, in eadem ſententia nō ponuntur. Male enim dicitur: nedum facto ſed ne q̄dem verbo deliqui.

Neq; quidem, non dicitur, ut: neq; quidem tibi credo. Dubitatiue ſeu intrrogatiue ponitur cū nec præcedente, ut faciam nec ne, ignoro .i. an non ignoro. Si addatur an, ſuperuacue ponitur an, ut: , ignoro an faciam nec ne. Itē ne, geminatum ſæpe ponitur, ſed poetice, ut: quæſiuit, homines ne feræ ne, te teneant. Et triplicatur cum ue, poſita pro uel, hoc pacto. Ita iungetis, ut ne ue aſpere concurrant neue uaſtius diducantur, neue diſſimiles ponātur. Significat ipſum ne, ut nō, & ue ſignificat uel, hoc eſt, ut , uel non aſpere, uel non uaſtius.

Nonne, itane, ergone, interrogatiua, non id agunt ut reſpoudeamus neſcienti, ſed magis ut ſcienti aſſentiamus.

Neu, pro ne tantum, uetatiue copulatiue quidem, & neu pro non etiam exponi debet, ut: neu te optimum cum peſſimo immiſceas. i. non miſceas.

Nec, pro nec etiam exponitur, ut: perſolui gratia non poteſt, nec malo magiſtro, quod etiam dici poteſt, nec malo quidem magiſtro.

Neue, pro nec etiam. Neue pro non exponitur. Vergilius: Ipſe modo Aeneas adueniat, uultus neue exhorreſcat amicos.

Nec & neq;, interdum accipiuntur pro non, quādo ſequitur, enim, uel uero ut nec enim, neque vero, id eſt, non.

Necubi, duplicem negationem importat, ideoq; duplex verbum poſtulat, ſic volo, necubi mihi obuius fias, id eſt, ne alicubi, ut: ſicubi, pro ſi alicubi. Sicunde pro ſi alicunde. Sed

Neutiquam, pro nequaqꝫ. Et ipſum nequaqꝫ, & nuſqꝫ, & nuſpiam, ſimplicem negationem important. Ideoqꝫ unico uerbo contenta ſunt, ut: nequaqꝫ ueniam.

Neceſſitudo, eſt ius quoddam & uinculum amicitiæ. Et ponitur etiam pro neceſſitate. Et neceſſitas pro neceſſitudine.

*Neceſſitudo uel ſanguinis uel meritorum, cū præceptoribus, cum amicis. Neceſſitas imutabilis eſt, ut: mori neceſſitatis eſt. Fron.

Neceſſarij, non tantum ſunt cognati & affines, ſed etiam ſunt amici, aliqua ſocietate coniuncti, in quos neceſſaria officia conferuntur.

Nedum, & hæc tria, non ſolum, non modo, non tantum, ſic differunt: quod nedum nunqꝫ in prima ſed in ſecūda clauſula ponitur. Cætera tria ī prima licet quandoqꝫ in ſecunda. Item per nedum in affirmatiuis, id quod plus eſt, & maioris momenti, in prima parte ponendū. In negatiuis autē e contrario, id eſt, quod eſt minoris. Sed alia tria æquiparant, ut: mortem pro te ſuſciperem, nedum laborem, Ita, funderem pro te ſanguinem, nedum pecuniā. Sed per nō ſolum & alia, conuertuntur dicta exempla, ut: non ſolum pecuniam pro te funderē, ſed etiam ſanguinem. Item non ſolum laborē pro te ſuſciperem ſed etiam mortem. Sed in negatiuis contra, ut: non modo pro te mortem non ſuſciperem, ſed nec laborem. Et male dicitur, nedum pro te effunderem ſanguinem, ſed etiam pecuniā. ſed ſic dicetur, ego ſāguinem pro te effunderem nedū pecuniam, aut non ſolum pecuniam pro te funderem, ſed etiam ſanguinem.

Negatio duplicatur quandoqꝫ & triplicatur.

Duplicatur ſic: Barbaros nemo non oderit. Nec tamen ſic duæ negatiões affirmationem inducũt. Triplicatur hoc pacto, ſed pro duabus ponitur. Prima in principio clauſulæ poſita ſic: Indocti nullam neq; latinitatem, neq; elegantiam ſciunt, uel ſic: neſciunt indocti, nec latine, nec eleganter loqui. Vnde ut ait Laurentius: Tres aliquando negationes non plus efficiunt quam duæ, & hoc collocatione ipſa dictionum efficiente, ut nunquam mihi nec obfuiſti nec profuiſti. Neſcis nec in pace nec in bello uiuere. Si dicas ſic: Nec in pace nec in bello ſcis uiuere. Ibi ſunt tres negationes, hic duæ, & eſt eadem ſententia. Sed aduerte, quod ſi duas tantũ negationes ponere uolumus, primam trium in affirmationem reſoluamus, ut mihi nec obfuiſti nec profuiſti unquam. Et quoties dictionibus ineſt cõtrarietas, triplicatur negatio, ĩterpoſita aliqua iſtarum dictionum, modo, tantum, ſolum, inter duas negationes prioris clauſulæ, &, ne, pro non, cũ aliqua dictiõe interiecta in poſteriori clauſula, ut male dicitur, non modo eleganter loquitur, ſed ne latine quidem. Sed dici debet per tres, ſic. Non modo non eleganter loquitur, ſed ne latine quidem. Item non modo multæ ſtellæ, ſed ne luna quidem ad ſolem ſeruat ſplẽdorem ſuum. Vbi uero non ineſt contrarietas, tertia negatio non eſt ponenda, ſed loco illius ſed ſaltem, uel, ſed certe, & non debet poni, ſed ettiam, ut quidam faciunt. Exemplum, ut non modo non eleganter, ſed ſaltem latine loquitur

* Nequam non malum ſignificat, ſed inutilem, & aptoton eſt. Caper

Sed Laurentius in Rauden. ait nequam dici una ſi

gnificatione libidinis intemperatioris hominem, altera quod ad nihil bonus ſit, ſed plane malus. Eius Contrarium frugi, Vt: frugi homo qui ad omnia aptus utiliſq; eſt: item in uictu ueſtituq; tē perans.

Negare eſt uerbo & aliquando facto. Inficiari autem, eſt uerbo inficias ire. Inde inficiator de quibus ſupra. Diffiteri, quod eſt negare nō fatendo

Nempe, affirmatiue pro certe ponitur, & frequē tiſſime interrogatiue.

Nihil, pro in nullo ponitur, ut nihil te offendi, hoc eſt, in nullo

Nihil ad illum, intelligitur pertinet. Nihil ad illi us doctrinam, hoc eſt, ad doctrinæ comparatio- nem.

Nihil aduerbium. Nihili nomen. Agræ.

Nihil & mihi, ſine c. ſcribunt plæriq;. Sed per c eſſe ſcribenda probatur authoritate doctiſſimo- rum. Leonardus Aretinus in ſecunda epiſtola li- bri ſuarum epiſtolarum octaui. ad Lucium An- tonium grammaticum ſic ſcribit: Michi & ni- chil per, c, ſcribenda cenſeo, habeoq; autores hu- ius rei Donatū & Petrarcham, & Bocacium, & Collucium Salutatum, doctiſſimos homines, qui & ipſi cum, c, ſcripſerunt, & doctiſſimorum u- ſus idem approbat. Nam quis ita loquitur ut di- cat. Mihi. Nihil, præter ineptos quoſdam, qui o- ſtentare ſe uolunt antiquiores eſſe. Cætera uidean tur ibi.

Niſi, quā, præter, & præterquam, ſic ſunt in ora- tione ponenda, ut quid eſt homo niſi animal ratio nale? latine dicitur. Non latine uero ſic; quid eſt ho mo quam animal rationale?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0059-3

Addendo tamen in primo membro aliud, uł aliter uel ſecus, utroq; modo bñ dicitur ſic. Quid eſt aliud homo quam animal, uel niſi anĩal rationale? Idem fit per comparatiuum, ut quid eſt melius q̃ uel niſi bene uiuere? Præter ſic quoq; ponitur, ut nullius rei ſum cupidus, præter ſcientiam, uel præterq̃ ſcientiæ. Nulli places præterq̃ mihi, uel præter me.

Niſi quoties in principio ponitur indicatiuũ poſtulat. Quando in medio, coniunctiuum petit, nõnũquam indicatiuum. Exemplum Ciceronis. Niſi forte putamus dementem Publium Scipionem Africanum fuiſſe. Item. Niſi forte imperatorem quis idoneum credit. De poſteriori, ut: uapulabis niſi caues & caueas.

*Noctu aduerbium, ut noctu cœnaui. Nocte nomen: hac nocte nihil breuius.

*Noſtrum & ueſtrum, ſi ſcriptura diuidenda ſit, ſ. lr̃a poſteriori ſyllabæ applicari debet q̃m ſequẽs ſ. literam t muta eſt, ſimul ſi diducas maieſtas, & ſimilia, Caper

Nouitius ſeruus, eſt nuper ſumptus ac rudis. Veterator autem, qui diu ſeruus, & iam in ſeruitute uetus eſt.

Nouiter non dicitur, ſed nuper & proxime, recenter, ſuperioribus diebus.

*Nobilis nobilitate rerũ, eſtq; ex re. Generoſus, qui græce εὐγενής (id eſt boni generis) appellatur, & eſt ex cognatione, Fr

* Alias Nobilis, id eſt, notus uel ob uirtutẽ uel ob ſcelera: ſicut & Notabilis. Nobile ſcortũ, quaſi in ordine meretricio excellẽs, uel maxime inter alia notum. Lau. Hinc Nobilitare, notificare. N.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0060-4

Nocco non tantum datiuo, ſed etiam accuſatiuo iungitur, ut ne quis nobis noceat, nocebimus nemi nem. Plæraq; ſunt in ſcriptura exempla.

*Nocens leuius eſt q̃ nefarius. no.

Nomen eſt mihi Iacobus, tibi nomen Scipio eſt per nominatiuum dicitur. Per datiuum, tibi cog nomen eſt Africano, ſed per nominatiuum id frequentius dicitur.

*Nomenproprium indicat. Vocabulum diffun dit ſignificationem, Fr

Nonnihil pro aliquantulum exponi debet

Non modo, non ſolum, non tãtum requirũt poſt ſe, ſed etiam, uerum etiam, ut hoc mihi non ſolum gratum, ſed etiam iucundum eſt.

Non timeam, non auſim, non ſperem. Item non timuerim, ſperauerim, crediderim, ualet tm̃ ac ſi dicas, nõ poſſim aut nõ debeo timere, audere, ſperare, ut nõ expectes ut ſtatim gratias agat qui curatur inuitus, id eſt, ſperare non debeas.

*Notat quis uel locum, uel perſonam, uel noxiã. Adnotat quid adijcit

*Noxa pœna eſt. Noxia culpa. teſtantur Fronto, Pompeius, Macrobius, Seruius, ſed alterum ſæpe pro altero ponitur. licet Vallæ ſæcus uideatur.

*Nouiſſimum ordinis eſt. Vltimum orbis Fron.

Non nubenda, ſed nuptura potius dicendum eſt.

*Nubit mulier quia pallio obnubuit capũt ſuum genaſq;. Vir autem ducit. Cap.

Nudum quod tectum non fuit. Nudatum quod coopertum fuit.

Nudiuſtertius, & nudiuſquartus dicitur, & non ultra, niſi poetica licentia, & dicitur de p̃terito. Eſt autem nudiuſtertius, id eſt, nunc die tertio.

Vnde de die, qui præceſſit diem heſternum, dicimus nudiuſtertius. Et de ſuperiori adhuc nudiuſquartus. De ſequenti cras dicimus, de proxime ſequenti craſtinum, perendie, unde Cicero. Scias cras ad ſummum perendie. Item Nudiuſſecundus non dicitur, quia de præterito heri, & de futuro cras ha (bemus.

Nugæ, pro mendacijs non dicuntur, ſed nugæ inutiles ſermones ſignificant

Nuper, & pridem, de tempore longiori dicuntur quam, dudum, & iamdudum, puta de duobus tribusue menſibus, anno uno uel pluribus.

Nullus, præter generalem ſignificationem etiam ſignificat non. Terentius· Faciam etſi nullus moneas. Item: cum illuc, ueni uirgo nulla fuit.

Nullatenus, non dicitur, ſed nullo modo. Auguſtinus tamen Nullatenus utitur contra Iulium.

Nullibi non dicitur, ſed nuſq̃

*Numerum, & de ijs, quæ non numerantur, ſed admetiuntur, dici autoritas uoluit: ut, pater meus magnum numerum frumenti aduexit. No.

De numeris ex Laurentio Valla.

Vnus, pluralem numerum habet, quando nominibus iungitur ſingulari carentibus, ut illam pluralitatem quaſi ſingulariter ſignificet, ut: ſcripſi ad patrem unas literas. Terentius: Ex unis nuptijs geminas confeciſti. Et cum pluraliter locutum eſt pluraľr etiã rñdendũ, ut quotuplices ſunt v̄tutes? duplices, unæ morales, alteræ intellectuales. Tamen aliquando cum ſingularem numerum habentibus iungitur unus: unde Vergilius: Satis una ſuperq; uidimus excidia.

Vigintiunus anni ſunt, non uiginti unus annus

habet latinitas.

¶ Dicendum igitur eſt. Singuli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quini, deni, ſenideni, uel deniquaterni, deniquini, deniſeni, deniſepteni, denioctoni, deninoueni. Viceni, uiceni ſinguli, uicenibini, ita de alijs. Triceni, triceniſinguli, tricenibini, triceniterni, triceni quaterni, tricen qni, uel ſinguli & uiceni, bini & uiceni, terni & uiceni, & ita deinceps: Tum triceni, Quadrageni, Quinquageni, Sexageni, Septuageni, Octogeni (& nō octuageni. Octoginta enim dicitur, & non Octuaginta) Item Nonageni uel Nongeni, & non nouageni.

Tum Centeni, Milleni, qui nō ſyncopantur

Tum Duceni pro ducenteni dicimus ꝑ ſyncopam Treceni pro trecenteni. Quadringeni, Quingeni, Sexceni, Septingeui, Octingeni, Noningeni, hæc ſic dicuntur per ſyncopam pro Quadringēteni, Quingenteni. Sexcenteni, Septingenteni, Octingenteni, Noningenteni Treceni aūt ſyncopa caret, ſedq; mutat in c. ſicut uiceni pro uigeni. Et triceni pro trigeni. Sexcena pro ſexcentena ſcribendum eſt. Septēcentena milia non bene dicitur, ſed ſepties centena. Dena non accipitur pro uiginti, cum ſingulis decē ſignificet. ¶ Binus ſiue bini ſignificat ſingulis duo, ut: creabantur olim bini conſules, id eſt, ſingulis annis duo cōſules. Ternus ſiue terni ſignificat ſingulis tres. Quaterni ſingulis quatuor, ita de alijs. Itaq; autē hæc nomina in plurali proferuntur, q̄d in proſa ſcribentes plurali fere utantur, in carmine frequenter etiam ſingulari, qui quandoq; etiam in proſa inuenitur. Vtuntur ergo oratores legitima ſignificatione horum nominum:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0063-1

Poetæ non in ſingulari tantum hac abutuntur ſignificatione, ut ſeptenus apud illos nõ ſignificat ſingulis ſeptem, ſed ſeptem tantum uni. Ita quoq; in plurali, ut duodena aſtra, ſunt duodecim aſtra. Itẽ trinus, quod utrumq; numerum habentibus iungitur. Nomina ſupra centum ſyncopantur, infra uero centum minime. Aduerbia autem infra centum ſyncopantur, ultra non ſyncopantur, ut uicies pro uiginties, tricies pro triginties, quadragies pro quadringenties. Ita quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, nonagies, non nouagies. Cætera non ſyncopantur. Quinquies/ſexties/ſepties/octies/nouies/decies. Centies/ducenties/tricenties/ quadringenties/ſeptingenties/octingenties/noningenties. Millies, bis millies, ter millies, uicies millies, ita de alijs. Septenus gurges, non eſt ſingulis ſeptem, ſed ſeptem tantum uni flumini Nilo. Priſcianus exponit ſepteno. i. ſeptenario, quod nõ placet Laurẽtio. Cum inauditum ſit, flumen aliquod habere ſeptenarium alueum. Etiam, quia hæc nomina indicant numerum aliarum rerum quæ non numerantur, nõ autem multiplicationem ſui ipſorum, ut lapis centenarius nõ quod ſit centuplus lapis, ſed centum librarum. Homo centenarius, non quod ſit centumgeminus, ſed quod habet centum annos. Rurſus nos dicimus, centenariam libram, ſed centuplum. Nec cẽtenarium annum, ſed annorum centuplum, tamen dicimus ſeptenarium, duodenarium, & centenarium numerum. Item recte dicitur, centenarium annorum numerum ĩgreſſus eſt, nõ autem centenarium annũ. Et millenarium nummum pondo portat, nõ autem millenaria pondo. Expoſitiõe iſta uti ſolemus ĩ illis numeralibus

quæ ultimum numeri eius ſignificant. Decimus/ undecimus, cẽteſimus, milleſimus .i. qui ultimus eſt ex decem, undecim/ centum, mille. Aliquando etiam ſic exponuntur. hoc aruum attulit centeſimum, illud uero ſexageſimum, tuum uero trigeſimum fructum, id eſt: centenarij numeri fructum, uel ſexagenarij, tricenarij fructum, uel centuplum ſexagentuplum, tricentuplum.

Numeralia nomina ſiue ſubſtantiua, ſiue adiectiua ſint, ĩter ſe iungi nõ poſſunt, quia nec duo ſubſtãtiua, nec duo adiectiua ſola eẽ pñt, ut duo centũ tria mille inepte dr̃, ſed bis centum ter mille. Aut ducentum, tricentum, quater centum, quinquies centum. Et ſupra mille eſt milia quod ſubſtantiuum eſt, ideo dicimus, mille hominum, non duo mille, tria mille. Et ſi dicatur quod in ſcriptura habetur, decem milia talenta, duodecim milia ſignati, Certe hoc nõ eſt nobis imitandum

Ordo inter numeralia hoc pacto ſeruatur. Maior numerus præcedit minorem nulla copula interueniente, ut uigintiduo, triginta tria. Sed ecõtrario minor præcedit maiorem copula mediante, & hoc a uiginti uſq; ad centum, ut duo & uiginti, tria & quadraginta. Item, ab uno & uiginti indifferenter dicitur. A cẽtum uſq; ad mille, & ſupra mille maior præcedit etiã copula mediante. In milibus uero minor præcedit copula mediante, ut ſex & uigĩti milia. ſine copula uero maior, ut: uiginti ſex milia. Sic quoq; in omnibus ſupradictis numeralibus, unde Plato uno & octogeſimo anno li/ brũ qui intitulatur panatenaicus ſcripſiſſe dicitur uixiſſeq; quinquenniũ poſtea. Cuius magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptem compleuit

annos, hæc Cicero. Ex quibus uerbis datur intelli gi, ante cētum præponi numerum minorem, poſt centum uero numerum minorem poſtponi

*Nunciatur de longinquo. Denuuciat de præſenti. Adnunciatur de futuro. Renūciatur de excuſando & de repudiando, Ag.

Nuper, ſignificat non longo tempore a nunc. Interdum a tunc, cum præterito ac ſtatim tranſito, quandoq; pro longiori tempore ponitur.

Nutriri, puerorum eſt ut creſcant: Inde Nutritius & nutritij.

Educare, eſt ad ſatietatem. Alere potius eſt cogitatione & memoria, & in rebus incorporalibus frequentius ut creſcant, ut facundiam alere futurus debet orator.

O

OBire legationem, eſt munus & officium legationis exequi, etiam eſt mori, ut obijt mortem. Cicero. Illum diem munuſq; ſoles obire, id eſt exequi.

Obnoxius, non eſt obligatus, ut quidam aiunt, ſed eſt ſubiectus, appoſitus, uel ſubmiſſus.

Obrepere, eſt quaſi latenter ſubintrare, ut obrepit non intellecta ſenectus

Obſeruare, duo ſignificat, unum eſt aliquid oculis in modum ſpeculatoris cuſtodire. Inde obſeruatio quaſi animaduerſio dicta. Alio modo obſeruo, non quaſi more ſpeculantis, ſed admirantis & uenerantis, & id in homines tantum, quoties aliquem propter uirtutem & dignitatem ſuſpicimus & colimus. Inde Obſeruantia, quæ eſt ueneratio quædam & honoris exhibitio.

*Obruere eſt operire, uel aqua, uel terra, uel ſimili re quapiam: transfertur ad animum. Item de multo uino potando etiam obruere dicitur. ſicut ingurgitare, de abſumendis multis cibis dicitur, qđ etiam pro eodē ponitur: ſicut crapulari non modo in uino uerumetiam in cibo. unde Crapula.

*Obuio tibi, & obuius tibi fio, obuius ſum tibi, obuium me tibi fero, obuium me tibi fortuna obtulit. Obuiam proceſſi, obuiam iui, & alia multa æque dicimus. Val

*Occupare, proprie eſt quod in medio, ſiue in medium, atq; in commune poſitum eſt, ante cæteros capere & ui capere, & ſæpe ante capere, & quaſi præoccupare. Occupatus uero qui ante negotio detentus, non poteſt alteri intendere.

*Occupare aliquando non ui, aut mea ſponte, ſʒ alioꝝ rogatu accipere &c. Idem

Ocium, eſt duplex, bonum ocium quo fruuntur religioſi & hi qui ſtudijs literarum aut ſcripturarum operam dant, quos quia nō oportet eſſe negocioſos, factum eſt ut ocium pro ſtudio literario accipiatur. Ocium uero malum, quod ſomno, luxu, & uecordia homīes pigros & inutiles effœminat.

*Offector, ab officio obeſt. Infector, colorem mutat, Fronto.

Offendo, quaſi eſt idem quod reperio. Quod ideo eſt, quia cum pedem ad lapidem offendimus, illū reperimus. Teren. Offendimus eam.

Offenſa, proprie ſignificat actiue. Offenſio uero (paſſiue.

Officium, præter ſuam generalem, ſignificationem, eſt uirtutis actio. Inde

*Officoſe. ꝫnde officia, interdũ ponuntur pro exhi bentibus obſequia.

Officina, domus eſt ubi aliqua opera fiunt, teu tonice eyn vuerckſtede

Olim, & quondã, non præteriti ſolum, ſed quando qꝫ futuri temporis ſunt.

*Olim, quondã, aliqñ, tria tpa tenent, præſentis, præteritiqꝫ & futuri præſentis: Tumidis quod flucti bus olim Tunditur. Quondam etiã uictis redit in præcordia uirtus. Expergiſcimini aliquando & ca peſcite remp. &c. Agr.

*Oliua arbor eſt. Olea fœtus. Oleum liquor.

*Omnes, nullũ excipit, ut: oẽs homines, ita & res. Cuncti in perſonarꝝ numero nominantur. Pri ſco dicti uerbo. Vniuerſi, omnes ſimul in unã ſen tentiam uerſi, dicendi quid, ſiue faciendi cauſa. F

*Omne atqꝫ totũ, Nonius ait, indiſcrete iter au tores frequẽter poſitum, & utrꝝqꝫ cum ſignifican tia uniuerſitatis. Additqꝫ totũ alicubi nõ pro cun cto ſed pro integro poni. Sed de his ſignis elegãtiſſi me Eraſmus Ro. li. j. Copiarꝝ. ca. 47

*Onus vehiculorum, & maius eſt. Sarcina ho- minum. F

*Opinio hoĩem ſuſpectũ facit. Fama, uel com mendat uel deſtruit. Rumor indicat. Opinio oſtẽ dit, fama iudicat. Rumor tumultuatur, Fr.

Opera, eſt actio cum diligentia, & iungitur cũ do, ut operam dabo.

Opus uero, eſt finis & fructus operæ, ut autorũ
(opera.

Oppetere mortẽ, eſt mori proprie illata morte, non fatali.

Orationẽ habui. Sermonẽ feci & habui dicitur.

Ora neu. ge. uultus & facies noſtra.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0068-9

Orare, in actu eſt. Exorare in effectu, hoc eſt, orando impetrare. Eſt autem hic auxeſis, rogare, orare, obſecrare. Auxeſis pe. prod. id eſt, incrementum.

Ordo, eſt cuiuſq; rei ĩ ſuo loco collocatio. Series, eſt continuata progreſſio ſub ordine rerum.

* Ordinatio ſimplex eſt. Diſpoſitio uaga. Fr.

Ortus, dicitur a loco in quo quis naſcitur.

Oriundus, uero a loco in quo ex parentibus originem quis traxit.

Oſculum pij amoris eſt. Baſium laſciuiæ. Suauium, a ſuauitate dictum eſt.

P

PAcificatus ſum, id eſt, pacem feci. Pacatus ſum, id eſt, in pace ſum, uel ab armis receſſi. Placatus ſum, id eſt, ab indignatione animi ad lenitatem redij.

Pannoſus, eſt qui craſſo & uili panno optus eſt.

Pracletus, e producta non. y. breui pronuntiandum eſt. Græci enim non paraclytõ, ſed paracletõ ſcribunt. Signat autem paraclytus infamem, aut qui eſt præter famam. Nam para hic præter ſignificat, clytos uero famam ſignificat.

Paracletus autem deſcendit a uerbo paracaleo, quod & rogo ſignificat & hortor apud priſcos græ Apud iuniores etiam reperitur pro conſolor. Ab hoc uerbo paracaleo uenit paracletns, id, eſt aduocatus ſiue conſolor.

Parere, actiuum eſt, & ſignificat partum ædere. Parturire, uero neutrum eſt & meditatiuum, id ẽ, partum meditari, ut: quod diu animus tuus parturiuit, aliquando pariet.

* Paret, obſequitur. Apparet qui uidetur. Agr.

m, ut: bonus pariter & doctus, id eſt, etiã doctus.

* Parſi ſemel, Peperci ſæpius. Fron.

Partes, pro patria, barbarum eſt, ut: uado & uenio de partibus male, uenio de patria, bene.

Partum, dicitur de eo quod labore acquiſitum eſt

Paſſim, non eſt ubiq;, qđ & ipſum uocabulum ĩdicat, ſed ſparſim & crebro dum de rebus mentis loquimur.

* Paruum, in tempore. Breue in ſpacio. Exiguum in corpore infantis. Puſillum in corpe pumilionis. Front.

* Paſcentia, ſunt quæ ex ſe paſcuntur, & paſcentia mancipia. Pabulantia uero quæ ijs utuntur.

Paſſum, a pando eſt extenſum & patẽs. Sed paſſum a patior ſignificat rugoſum uel ſiccum. Inde uua paſſa, teuto. reſijn.

Patulum, quod ſemper apertum eſt ut aures & arbor. Apertum & patens, quod aperitur & clauditur, ut: os oſtium.

* Pedale menſura eſt pedis. pedule uero ſub pedibus præſtat utilitatẽ. Fronto:

Peierare a per & iuro compoſitum, non habet. r quod periurus tamen ſeruat, teuto. uerſvveren. q: falſum iurare eſt.

Peior a malo dicitur. Deterior a meliore, id eſt, minus bonus. * Peius a malo quod in uſu eſt, deterius a bono, ut: minoris ſit meriti, quam qđ placet.

Pectino caput, non dicitur, ſed pecto caput.

Pedagogus, dicitur non magiſter ſcolæ, ſed is qui domi pueros erudit, illoſq; comitans ſequitur,

Pelliparius, barbarum eſt, pellio uero latinum:

Pecus, omne animal præter hominẽ uocant. Ca.

Pendeo, id eſt, in ſublimi ſum, pendo, id eſt, ſol

uo. Inde pœnas pendo, & penſiones pendo. Impẽdeo eſt ſupra caput iamiam caſurum pendere, ut: mors ſemper impendet.

Pẽſile, quod in aere ſuſpẽſũ eſt, ut: pẽſile tectũ.

Per, interdum ſignificat propter, ut: non potui ꝑ occupationes. &c. Item ſignificat per mediũ, ut: perſpicio. Compoſitum perfectum. & in bonam ꝑtem capitur, ut: perſeuero, perficio. Et in malam, ut: pertinax. Etiam ualde ſignificat, & tunc poſitiuo aut uerbo, nunquã ſuperlatiuo iungitur, ut perbeatus, perpulcher, & inepte perpulcherrimus, peroptimus dicitur. Etiam quandoq;, quã interpoſita ut: ꝑ quã beatus, perquã uellem.

Perendie, teuto. ouermorgen, ut: ſponſa cras ueniet, & pendie foras mittetur. Et dicitur quaſi ꝑempta una die, non quidem præterita, cum illa nõ ſit, nec præſenti, quia de ipſa ſpatium unius diei nõ reſtat, ſed una die, id eſt, craſtina perempta

Perendinus dies, eſt tertius ab hinc dies. Inde ꝑendinare, ẽ uſq; in diẽ tertiũ differre, ſeu prolõgare

Periculum, præter ſuã generalẽ ſignificationẽ, eſt experimẽtũ. Et cum facio iũgitur, ſignificat tẽtare, ut: fac periculũ. Item. de me periculũ facito.

Peride, petit poſt ſe, uel acſi, uel atq; ſi. Et totũ aggregatũ ſignificat quaſi, ut: fac perinde acſi res tua ſit. Sȝ adiectio iũctũ, ualde ſignificat, ut: elegãtias ſcribo, ſȝ ꝑide difficiles. Si acſi uel negatio nõ ſeqͣtur: pro ita uel multũ accipitur, ut. hæc mihi nõ ꝑinde grata ſũt, Negatiõe ṽo præcedente poſtulat, q̃, ut: nulla re ꝑide moueor q̃ iniuſtitia.

Percõtari, ẽ ad finẽ coarguẽdi cauſa interrogare:

Sciſcitari, eſt, interrogare ſecretiora ſciẽdi cã. Interrogare, noſcendi gratia.

Percuſſus corpe & materiali re, ut baculo.

Perculſus aũt aĩo & re immateriali, ut timore

Peto te & abs te dicitur.

Pertinacia malæ rei. Perſeuerantia bonæ. Agr.

Peruicacia eſt interdum bonarum rerum perſe uerantia, pertinacia ſemper malarum. No

Poſco rem debitam, & honeſtam. Repoſco rem meam, & quæ mihi reddi debet

* Poculum uas eſt. potio quod hauritur. A

Poſtulo, eſt quodammodo requiro, & tamȩ̄ rẽ iuſtam & debitam peto. Expoſtulo, eſt cum que rela amicos requiro, & quaſi amicitiæ officium ĩ alio deſydero.

Pignus, & hypotheca in hoc differunt, quod alterum latinum, alterum græcum eſt.

Pignerare. Inde oppignerare, quod eſt aliquid pro arra dare. Repignerare eſt pignus ſoluto debito recipere.

Pignora, capiuntur pro perſonis coniunctiſſimis ſanguine per tranſlatiõem, quaſi quoddam uinculum amicitiæ inter eas.

Philocaptus, barbarum, philos enim non ſignificat amorem, ſed amatorem, cum quo captus minime iungitur.

Pileum, & non pileus dicitur, neutrum eſt, non maſculinum. Quin & maſculino genere pileus latine dicitur, autoritate Gellij. lib. 7. cap. 4. Perotti quoq; & Angeli Pol. in Miſcel.

* Pinna murorum. Penna auium, Caper.

Pitiſſare, eſt parce uinum deguſtare, quaſi tentandi gratia.

Poetria, pro illa ſcientia barbarum eſt, latine uero poetica. Sed mulier ſciens poeticam poetria di-

* Poëſis, eſt textus ſcriptorum. poema, inuentio

pa rua, quæ paucis uerbis expeditur. Item poema eſt uerba plura modice in quãdam formam coniecta: Itaqꝫ diſtichon epigrammation uocant poema poeſis eſt perpetuum argumentũ ex rethmis. ut: Ilias Homeri. poetice, eſt ars earũ rerum. Noni.

* Poetice .es. eſt rei. Poeſis operum conceptus. Poema certis pedibus & legitimis incluſa materia. Poeticum in poeta utile eſt. Fron.

Polliceor ſponte. Promitto vero rogatus.

* Pompei porticus dicitur ſi eam Põpeius poſſidet. Pompeia ſi publicauit. Pompeiana ſi in alterius dominationẽ peruenit. Fr.

Pontifitium, ius adiectiue, non pontificum ius ſubſtantiue dicitur, gradum pontificatus adeptus eſt, non pontificij.

Popina, ẽ ubi caro cocta & obſonia publice uẽdũtur.

Porro, ſignificat certe, & poſtea, & longe, & vltra, prout ſententia exigit. Et ponitur in principio ĩterdum in medio.

Poſt, in oratione ubi quam eſt, interdum ſubintelligitur ſic, intra ſecundum diem quam uenit, orationem habuit, hoc eſt, poſtq̃ꝫ uenit.

* Pone loci aduerbium eſt, poſt temporis. Cape.

Potiſſime, non dicitur ſed potiſſimum.

puer, præter ſuam generalem ſignificationẽ ſignificat ſeruum, ſignificat etiam centenarium.

Pudet uerecundiæ, Piget pœnitentiæ eſt.

Pullus, a um, id eſt niger, ut: pulla ueſtis.

Punctus, ſubſtantiuum barbarum eſt. Sed punctum neutraliter, & punctus adiectiue latina ſunt

Pupillus eſt qui patre caret, ſed ſolum in pueritia. Orphanus eſt ſine patre & matre. Orbus, eſt quicunqꝫ aliqua chara re priuatus eſt, ut: parens

Putare, eſt credere, & purgare. Inde putamina quæ ab arboribus exciduntur, reputare. cōputare Homo male reputationis non dr̄, ſed exiſtimationis uel opinionis. * Item: Qui putant omni genere errant. Qui ſuſpicantur aliquid præuident. F

Plura, poſſunt eſſe duo, & compatiuū eſt, Cōplura, niſi plura a duobus eſſe non poſſunt.

Pluries, non dicitur, ſed frequenter uel ſæpe. Complurimum ſuperlatiuum aduerbium, pro plerūq; aliquando legitur.

Præ, ſignificat ante, ut p̄matura mors. ſignificat ad, ut illum præ me contemno. i. ad mei comparationem. Capitur pro ob, ut præ dolore aſſideo. Pro ualde, & tunc cum his dictionibus adiuugitur. ut p̄diues, & non pdiues, præcelſus, præcox, præcultus, non percultus, præclarus, p̄dulcis, p̄durus, præfulgens, p̄longus, p̄latus, præpotens, præmaturus Præ uehementius q̄ per auget.

* Præda uictos ſpoliat, Rapina ſubito uenit: Ita ꝙ illa uictoria gaudet, hæc petulantia Fr.

* Præda corpora ipſarū rerū, quæ capiuntur Manubiæ uero pecuniæ ex p̄da diuendita redactæ. N.

* Præditus ſum bono, & præditus ſum malo, citra præpōem dicimus: pro habeo bonum, habeo malum. Lau

* Prædium, tantummodo in urbe, oppido, caſtello, ſiue uico, eſt illd̄, quicquid ſupra ſub fundo enumeratum eſt, ſ. poſſeſſio ruſtica & urbana. Fūdus prædij ſpecies eſt.

Præuaricari, eſt a recto diſcedere. quaſi tergum uertere, ueritatem diſſimulare, & quaſi ſubterfugere. Inde præuaricator tranſgreſſor eſt.

Præcor, cum datiuo & accuſatiuo poſitum; ſig-

nificat optare, ut: bonam mihi fortunam precor. Imprecor in malam frequentius capitur ſignificationem, ut morbos mihi non imprecor.
• Precor proſpera. Imprecor tetra. C
• Precari eſt rogare. Deprecari eſt purgare & excuſare. A

Præcepta & præceptiones, pro disciplina & regula ponuntur.

Precox, eſt quaſi ante legitimum tempus excoctum ſeu maturum.

Præmaturꝫ, dr̃ qđ anteq̃ maturꝫ ſit colligitur, ut frumenta, poma: ꝑ trãſlationẽ cætera, ut ætas p̃ma tura.

Præmaturꝫ, etiam ualde maturꝫ. Itẽ, quod præter morem cæterorꝫ (quod & p̃coquũ appellatur) maturuit ante tp̃s. Sic Perot.

Præparare, eſt q̃ utilia fore creduntur añ parare: ſed Apparare ad dignitatẽ pertinet & uerius põpã.

Præpoſterus & p̃põſteræ, qui prius agẽda poſterius agit, & econtrario

Præruptus ẽ in altũ eleuatus.

Præſentialiterer, non dicitur, ſed palam.

Præſens tribus tẽporibus iũgitur, ut: p̃ſens ſũ fui ero, & ſignificat ſubitũ, & in alterꝫ tp̃s minie dilatũ, ut: p̃ſentẽ mortẽ horreo. Iñ præſentiſſimũ, ſcꝫ quod maxime ſubitum eſt, ut: uenenum

Præſto ſignificat p̃ñtem, & nõ paratũ ſiue promptũ, ut impiti exponũt. Et iungitur cum ſolo uerbo ſum ſimplici orõne, ut p̃ſto ſum. Sꝫ cũ ſum cõpoſito poetice, ut p̃ſto adſum

Præſtolari eſt añ ſtare: ubi quem uenturꝫ excipere uolumus

Præter, pro ultra ponitur, ut erãt præter mille. Etiam exceptionẽ ſignificat, ut: nullus p̃ter me ieribit. Etiã pro ſine exponitur, tũc iungitur ablatiuo; ut præter condemnatis, id eſt, ſine.

Præteritus papa, & æſtas p̃terita, & ſilia maledicuntur, ſꝫ bñ ſupior.

priuate non dicitur, ſed priuatim & priuato.

Priuati, dicuntur qui nullum publicum exercẽt offitium.

Pridem, eſt non longo tempore prius a nunc, & interdum a tunc, & ſignificat quod nuper. Et ponitur quandoq; cum quam, ut: quampridem ueniſti Etita, pridem laboraui. Item pridem pro nuper ſic male ponitur, pridem me rogauit, quia nuper dicendum eſt. Vnde Lauren. Nuper ex Sicilia redij, cum præterito iungitur. Sed iampridem ex Sicilia abſum, uel iampridem ex Sicilia redij: cum utroq; tẽpore, id eſt, ſuperioribus diebus uel menſibus ex Sicilia redij. Etiam, dies multi aut mẽſes ſunt, ex quo abſũ ex Sicilia: de iſtis patet ſupra in dudũ

Pridie eſt quaſi priori die, hoc eſt, quaſi heri nõ tamen præſentis diei, ſed cuiuſdam alterius, aut p̃teriti, aut futuri, ut: uxorẽ pridie ductam, poſtridie repudiauit. & iungitur genitiuo, ut: pridie illius diei, & non bene dicitur pridie huius diei quia habemus heri. Etiam iũgitur accuſatiuo, ut: pridie kalendas, idus, nonas, id eſt, die præcedente quo ille fuerunt uel erunt.

Pridianus, ex pridie fit, ut: pridiana obſonia pro quo heſternus abutimur.

Poſtridie, quaſi poſtero die dicitur, id eſt, quaſi cras, non præſentis diei, ſed cuiuſdam alterius, aut præteriti, aut futuri. Et iungitur cum q̃ꝫ, ut: poſtridie quã fecerim. Etiam ſine q̃ꝫ ponitur, ut: uenit poſtridie ad me, id eſt, uenit die ſequente illum diem, quo hæc acta ſunt.

Poſtridianus, non eſt in uſu, ſed pro eo utimur craſtinus.

Primus, interdum eſt optimus, interdum ſuperlatiuus a pridem, quandoq; eſt nomen numerale,

& tunc de duobus bene dicitur primus.

*Primus, ex multis. Prior, ex duobus, ſicut potior e duobus. potiſſimus omnium. Ca, ſic poſterior & poſtremus. Agr.

*Priores comparatiuum. Primores ſummæ queqꝫ res. No.

Priſca dicuntur quæ ſuperioribus ſeculis. Priſtina quæ ſuperioribus annis, menſibuſqꝫ, noſtraqꝫ memoria fuerunt.

Proin, & proinde, idem eſt quod ideo, uel potius ideoqꝫ. Semper enim a ſuperiori ſententia depẽdet

Pro, ſignificat ſecundum, uel quantum, ut: pro ſe quiſqꝫ, pro uirili, pro uiribus, pro mea conſuetudine, id eſt ſecundum uires.

*Protenus per e aduerbiũ locale ẽ.i. porro tenus. Vt cũ protenus utraqꝫ una foret. protinus per i aduerbium eſt temporale, id eſt, ſtatim. Cap.

Prouocare eſt appellare. prouoco & laceſſo, eſt ad pugnam & concertationem excito atqꝫ tento. Et capiuntur in bonam & in malam partem

Pro una die librum mihi commoda male dr̃, bene uero, ad unum diem, dies enim libro non eget.

Probrum, ſignificat rem turpem. pro infamia uel crimine capitur. Inde Exprobrare, eſt cum enumeratione beneficiorum aliquem immemorem beneficij accepti uitio ingratitudinis inculpare, uel etiam qualemcunqꝫ culpam inproperare. Inde obprobrium, eſt conuicium, uerbo potius quã facto.

Prociuctus, quaſi præcinctus, hoc eſt, expeditus. Inde in procinctu.

Pro futuro anno, male dicitur, ſed in futurum, ſiue, in ſequentem annum, dicendum eſt.

*Profeſti dies, ſunt a feſtiuitate vacui.

Prohibeo, a ueto & inhibeo differt, quia prohibeo ante rem inceptam. Veto, ne quid incipias, ut facias. Inhibeo, iam re incepta, & ne quid pagas.

*Propriũ cuiuſq; propriũ. Priuatũ nõ publicũ. F

Pro magna uel maiori p̃te, nõ dr̃, ſed ex magna

Propediem, ſignificat quod prope eſt dies, quando hoc fiet.

* Properans paret nõ eſſe ſeſſus. Qui feſtinat uidetur eſſe defatigatus. Fr.

Promontoriũ, eſt procul eminens in mari locus.

Propius, aduerbium dtõ iungitur, ut propius ſtabulis. Et actõ, ut propius urbem. Et proxime cum accuſatiuo iungitur, ut proxime hoſtes.

Propter, ſubauditur poſt ṽba abſoluta cum accuſatiuo conſtructa, ut indignor, doleo, uel grauor illud, id eſt: propter illud.

proſequor, ſignificat actiõem, affectũ alterius declarantem, & ſemper cum ablatiuo ponitur, ut proſequor te charitate, uel odio, Et capitur in bonam & malam partem, pro inſequor

*Proſumus alijs. Proficimus nobis. Val.

*Pudicitia ab iniuria turpium libidinũ libera. Caſtitas uero & ab his continens & remota, p̃terea & religioſa mũdicia, & puritas, itaq; plus eſt.

*Pugnat, qui reſiſtit, ut exercitus. Oppugnat qui obſeſſor ẽ, ut oppugnãtur caſtra, urbes. Impugnat qui p̃ omnia inimicus eſt, impugnãturq; inimici, F

*Pugna legẽ habet uel naturalem, uel moralem aut enim paleſtrans exhibet uirtutem, uel armis per ſumma pericula dimicat. Rixa ſine armis eſt & habet defenſionem.

Q

QVando, & quandoquidem, ſignificat que-

niam, ſic; Quando ſiue quandoquidem orator eſt, uir bonus, is citra uirtutem intelligi non poteſt.

Quamlibet, quantumlibet, idem ſignificant quod quantumcunq;, ut prodit ſe quantumlibet cuſtodiatur ſimulatio, & gloria quantūlibet occulatur.

Quam aduerbium, duo ſignifitat quantum, & ualde ſiue uehementer. Pro quantum poſitiuo iungitur, ut ſcio quam uerum ſit. Etiam ſuperlatiuo his uerbis mediantibus, poſſum, queo, ualeo, licet & ſimilibus, ut: redimo q̄ queo minimo Et ponitur uerbum inter quam & ſuperlatiuum frequētius, ut quam poſſum maxime, Quam, cum comparatiuo male iungitur, etiam ūbo poſſum interueniente, ut dixi quam breuius potui. Quantus, a, um, loco quam pro quantum, cum ſuperlatiuo ponitur, dictis uerbis interuenientibus, ut ego ſtudeo, adhibita quanta maxime poſſum cura. Et ſeq̄nte ita, hoc modo, ut quam breuiſſime dici poterat, ita dictum eſt. Quam, ſine uerbo poſſum, non comparatiuo iungitur, ſed con. Male enim dicitur q̄ plures libros legi, ſed bene, complures.

Quam, & tam, quando pro quantum & tantū capiuntur, raro cum comparatiuo, frequentius cū ſuperlatiuo iunguntur. ut tam magis amaris, q̄ minus es malus. Et tam doctiſſimus quam ſtudioſiſſimus es. Item, quam quiſq; eſt optimus, ita honeſtiſſimus uiuere debet quæ idem ualét acſi diceretur, ut quiſq; ita.

* Quam dudum interrogantis eſt. Iamdudum reſpondentis. Cap. Suntq; fere præteriti temporis. ut: quam dudum ueniſti: Quam mox de futuro, ut; quam mox proficiſceris.

Quam pro ualde, ſuperlatiuo iungitur, ut: quam doctiſſimus. Poſitiuo iungitur interuenientibus dictionibus iſtis quæ per quã ſignificãt, ſcilicet, ſane admodum, ualde, oppido, nimium, ut: ſane quam utile, uoce admodum quã ſuaui, oppido quã libẽs, nimis quã ineptum. In quibus, perq; frequẽtius dicitur. Iſta duo q; & ut, ſæpe pro ad ponuntur, ſic. Iuuenis nimis eſt ad dandum ſibi tale negotium, barbare dicitur quod ſic latine dicitur. Iuuenis eſt quã ut ſibi tale negotium detur, uel Iunior cui detur tale uegotium.

Quanti, & tanti, & eorum compoſita, quantiuis quantumlibet, quanticumq;, tantidem, pluris, & minoris, carius, uilius, in genitiuo ſine ſubſtantiuo ponuntur. Cætera uero nomĩa in ablatiuo, quãdo uerbis pretium ſignificantibus iungũtur & ſimilibus, ut: addico, emo, æſtimo, intereſt, & refert, ualeo, ueneo, uenundo, nendo, condemno, conduco, conſtat, taxo, diſtraho, doceo, facio, fœneror, liceor, loco, mereo, metior, paciſcor, ut: quãti, nõ quãto emptum eſt. Non pluris ſiue carius, ſed minoris aut uilius uẽdo, nõ tñ carioris, uilioris dicendũ eſt.

Quantulus, a, um, ut: quantula uita noſtra eſt? nõ proprie exponitnr, id eſt, parua, Nam interrogatiue dicitur, ſed exponitur quantulum magna.

Quaſi uero, per ſtomachum, ironiam, ac deriſionem ponitur, ut ſcilicet ac uidelicet, de quibus infra, ut ſic alios carpis quaſi tu minime carpendus eſſes. Terentius: Quaſi tu huius indigeas patris.

* Quatenus per e aduerbium eſt uel temporis, ut quatenus hos mores exercebis, uel loci, ut: quatenus ibimus. Cap.

* Quatenus qua fini, Quatinus quoniam. Fron.

Quatinus, ſignificat quando, ut: quatinus denegatur nobis diu uiuere, reliquamus aliquid qđ nos uixiſſe teſtetur. Hic quatinus per, i, coniunctio eſt (ſcilic. cauſalis secũdum. Cap. Eatenus & quatenus, pro intantum & inquantum ponuntur & exponuntur, ut: eatenus te amabo quatenus te bene agentem uidebo. Hic quatenus p e, aduerbiũ eſt.

Aliquatenus, eſt aliquantum uel aliqua ex pte.

Quatuordecimus, quindecimus, quatuorcentũ, barbarum eſt, latinum uero, quartuſdecimus, quĩtuſdecimus, quadringenti.

Quæ hora eſt, barbarum eſt. latinum, quota hora. Item, qꝫ, coniunctio cum ſi coniunctione non iungitur, bene autem cum ſic, ut: ſicqꝫ & cum ita, ut: itaqꝫ. Pro nam interdum ponitur ſic. Non ſolum nobis nati ſumus, ortuſqꝫ noſtri ꝑtem ſibi patria uendicat.

* Querimonia rei certæ eſt & grauitatis. Querela ſuperuacua eſt. & leuitatis. Fr.

Queſtus a queror. Inde Conqueror, ſignificat q̃relam ſcribitur per e ſimplex, & habet in datiuo & in ablatiuo ubus. Cum autem uenit a quæro, ſignificat lucrum. Inde conquiro, cum habet in dictis caſibus ibus. Vnde Agrætius: Quæſtus lucri. Queſtus lachrymarum.

Quia, & quod, competunt cauſæ efficiẽti. Quo & ut, cõpetunt cauſæ finali, ut: nõ caſtigo te quod odio te habeam, ſed quo te meliorem efficiam, qꝑ pro quia, & quo pro ut, exponuntur. Et ſæpiſſime quod pro quia, & e contrario, quare pro quod ponitur.

Quidem, triſariam. i. tribus modis utimur, diſcretiue, exceptiue, & copulatiue. Diſcretiue, ad ſen

tentias diſtinguēdasq̄n ponitur, tunc in priori clau
ſula quidem locatur, & in ſecūda alterꝝ harꝝ, uero
uel autē, ut unus quidem ſic dicebat, alter uero ſic.
Q̄n uo qdē ponitur exceptiue illius qđ affirmatur,
tunc quidem in priori clauſula, in poſteriori uero
exceptiua dictio locetur, ut ſunt: ſed, tamen, at, at-
tamen, uerum, ueruntamen, cæterꝝ, ut grammati-
cus quidem es, ſed non elegans tamen. Ille & quidē
nunq̄ cōiunguntur niſi hmōi ſequatur exceptio.
Optimi quidem illi uiri, ſed nō ſatis eruditi: & pro
ij de is tunc ponitur illi. Expletiue ponitur, ut uul
gari ſermone, quidem in ſecunda clauſula poſito,
& nulla prædictarū dictionum ſequente, ut nemo
eſt conſummatus latinus, aut carus, qđ quidē ma-
Quin, pro immo uel potius capitur (gis reor.
ut quin tu hoc audi. Virg. Quin aſpera Iuno conſi
lium in melius referet. Et capitur etiā pro quo mi
nus, ut nulla eſt medicina quin moriaris. Etiam in
increpatiua. ut quin barbariſare omitte. Interrogati-
ue, pro cur non, capitur, ut: quin iſtam maledicen
tiam cōpeſcis. Cōponitur, ut quinetiā, quod ſigni-
ficat inſuper

Quindena, duodena, quaterdena & ſilia, ſunt pla
Quippe, ſignificat certe, & frequen (ne barbara
tiſſime cum qui uel cum iungitur.

Quis, compoſitū cum q̄, nam, piam, putas, ſer
uat s. ut quiſq̄ quiſnam. Cum uero alijs, s,
remouet, ut cum uis, quiuis, cum cunq̄, ut quicun
que, cum, dam, libet, ut quidam, quilibet.

Quod & quid, ſic differunt, quod adiectiuum, et
quid ſubſtantiuū eſt. Sic quoq̄ eorꝝ cōpoſita. Itaq̄
qđ iungitur ſubſtantiuo ſub cōuenientia trium, ut
quod p̄ceptum. Sed quid iungitur gtō, ut quid p̄ce
pti, quid boni portas. Ideo male dr̄ quid mirꝝ, qđ

bonū. S3 quod mirum, quod bonum, eſt dicendū.
Qui ablt ūs, duobus modis ponitur, uno mō in-
terrogatiue pro quō, ut qui ſcis. i. quō ſcis Alio mō
poſtpoſita cū, ut qui cum ambulas. i. cum quo.
Quicquid ſit, ſi ſignificat nominaliter, bene dr.
quicqd ſit ſciam. Sin aduerbialr ponitur, male dr,
ſed utcūq; dicendū erit. Ita dicimus, utcūq; ſit, to-
Quid, pro in quo, ſic ponitur, qd offendi. (lerabo
Quoad pro qn̄ & quouſq;, ut expectabo quoad
Quoq; & aliquo, ſignificant ad ali (redieris.
quam partem uel locum
Quo, admiratiue atq; interrogatiue ponitur, ut
quo mihi fortuna ſi non conceditur uti? Quo
minus, quo pro ut, & minus pro non, exponitur
Et non ſecius, exponitur, non minus, uel, nō tardius
teſte Perotto
Quis, quæ, quod, pro tantus, a, um, & quantus,
a, um, elegāter ponitur, ut Ieſus q̄ pietas ſua eſt. i.
quāta uel tanta. Is, ea, id, & tātus, a, um, ſicut quis
ponuntur, ut ea ſiue tāta ſua pietas eſt. Item ea pie
tate eſt i. tanta, plus enim ſignificat, quā ſi dicere-
tur, pro ſua pietate
Quidā, quiſq;, quiſpiā, aliquis differunt, ꝙ quidā
certū ſ3t, cæteræ uero incertū hoīem uel incertā rē.
Quiſpiā, apud Aul. G. freq̄nter pro certo ſumitur.
Quilibet & quiſq;. ſic differunt, quilibet ꝑticula-
re diſtributiūm eſt. i. quiſquis, & unumqnemuis ſi-
gnificat. Quiſq; uero, eſt uniuerſale collectiuum.
Itaq; quilibet homo currit, ſi de omnibus intelliga
tur, barbare dicitur. Latine uero ſi de unoquoq; ꝑ
ticulariter. Collectiue aūt de omnibus, ſi intelligi
mus, quiſq; dicendū eſt, ut do tibi quemlibet libro
rum meoꝝ. ſ. unum tantum, ſed quem elegeris.

Item do tibi quemqꝫ librorꝝ meorꝝ, de omnibus ſimul intelligo. Quilibet enim ſi uniuerſale diſtributiuum eſſet non iũgeretur cum unus, ut quilibet unus, quodlibet unum, quod tñ latiniſſime dicitur

Quodqꝫ, licet adiectiuũ ſit, impꝛ̃ite ponitur aliqñ ſine ſubſtantiuo, ut unumquodqꝫ, cum unumquidqꝫ ſit dicendum.

Quodqꝫ, ſignificat unumquodqꝫ: ut, Non quodqꝫ ꝓceptorꝝ elegantiũ proſequi hoc opuſculo inſtitui

Quiſqꝫ, ſuperlatiuo iungitur, & poſtponitur, ut optimus quiſqꝫ. Et cum poſitiuo, ut quiſqꝫ pius.

Quot & tot, ad numerum referuntur, ſed tantus & quantus ad quantitatem.

* Quoties toties ſcribendum ſine, n. Caper.

Quotannis, id eſt, ſingulis annis.

Quotẽnis, & totẽnis, quotẽni, totẽni nõ legũtur.

Quod, coniunctio uitanda, nam oratio ſuppoſiti & appoſiti, quod præcedente debet mutari in infinitiuum, ut: gaudeo quod ſtudeas, id eſt, gaudeo te ſtudere.

Quod autem. & quod uero, ad diſtinctionẽ ſententiarum frequenter ponuntur, ut: quod autẽ ſcribas, uel quod uero petas,

Quod, coniunctionem uitandam eſſe, prout hic traditur, certum non eſt, de qua re uide in theſauro latinæ conſtructionis. Reg. ſeptima cap. vj. xiij.

R

RE, in compoſitione iterationem ſignificat, ut: redeo, reuertor. Sed multa cõpoſita pro ſimplicibus accipiuntur, ut: recido, repugno, reuinco, id eſt, cado, pugno, uinco. Item ſæpe habent contrariam ſignificationem ſimplicium, ut: retego, id eſt, quod tectũ eſt denudo.

Recludo. id eſt, quod clauſum eſt aperio. Reuelo, id eſt, uelatum tollo.

Recipio me in domum, id eſt, reduco. Receptus, reductionem ſignificat.

* Rquirere eſt diu quærere.

Reus, a re quam debet, eſt dictus, uel qui arguitur debere. * Reos, non ſolum crimini uel culpæ obnoxios: ſed etiam honeſti, uel uoti debitores promiſſi. No.

Recaluaſter, qui frõte caluus eſt, nõ toto capite

Recidiuũ eſt renaſcens, ut peccata renaſcentia recidiua ſunt.

* Recipimus aliquid deferendum rogati. Suſcipimus noſtra ſponte. Agræt.

Recolo eſt, quaſi meditor, & in mente tracto. Pro recordor nunquam reperitur.

Refero, id eſt, reporto, ſed cũ accuſatiuo, ut: ad magiſtrum librum refero. Etiam eſt narrare, ſed cum datiuo, ut: hæc tibi refero. Item, eſt renuntiare mandata ab altero data, ſed cum accuſatiuo, ad mediante, ut: hæc ad te refero. Etiam eſt in conſultationem fero, ut: hæc ad ſapientes refero.

Regium & regale, differunt, quia regiũ dicitur quod eſt uel fuit regis. Regale uero rege dignum.

Reliquum, pro reſtat ponitur, ut abſolutis omnibus reliquum eſt concludere.

* Remedium ne periclitemur datur, & ſubmouet imminentia mala. Medicamentum ad ſubita pericula aptatur, & ſanat inſana. F

Res uarie ponitur, ut, res domeſtica, res familiaris, res uxoria, res militaris, & ſic in ſimilibus. Res etiam utilitatem ſignificat, ut: hoc in rem tuam feci. Ab re, id eſt, præter utilitatem. Impudicam rẽ

hoc uocabulo circuimus, ut: iſte cupit habere rē cum illa.

Reſciſco, proprie eſt rē quam neſciebā poſtq̄ geſta eſt ſcio, & rem occultam inopinatam, inſperatamq; cognoſco.

* Reſtiarius qui facit. Reſtio qui uendit reſtes. F

Retractare, ſignificat improbare. Etiam eſt iterum tractare, reuocare, ſed raro.

Ridiculoſus & ridiculoſe, non dicuntur, ſed ridiculus & ridicule.

* Roſeum, per ſe. Roſaceum mixtum. F.

Rubrica, ſignificat rubrum colorem. Inde rubricata, i. rubro colore tincta. Et rariſſime pro eo ponitur, quod latine titulus dicitur.

Rumor, & fama, ſignificant quendam ſermonem in populo, ſine certo autore de re aliqua recenti, ſiue bona ſiue mala.

Item rumor, cum primo ſpargitur. Et fama etiā dicitur, cum rei ſermo diu inualuit. Item famam egregie deſcribit quarto æneid. Virgilius dicēs: Fama malum, quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget.

R

SAl, in ſingulari & maſculino genere, ſignificat urbanitatem, aut ſapientiam. Teren. Qui ſalem haberet qui in te eſt. In plurali ſignificat iocos. Ibi. Verbaq; cū ſalibus aſperiora dedit. Item urbanitates teſte Cap. Sed pro gulæ irritamento, maſculini & neutri ge. reperitur plu. carens

Saluber, ſiue uſitatius, Salubris, eſt fere ſalutifer uel ſalutaris.

* Salubre ad locum refertur & ad cibum, Itaq; nō nocet. Salutare cōſiliū, prodeſtq; cōſilio. Fron.

Sane, ſignificat certe, & iungitur poſitiuo, interdum ſuperlatiuo, ut: ſane difficillimum. Cum ita & uero iungitur, ut: ſane uero.

Sanies, uiuorum fluens putredo. Tabes mortuorum quæ ſtat.

*Sanguis. eſt dū manat. Cruor, cū effuſus ē. Ca.

*Sartrix, quæ ſarcit. Sarcinatrix, quæ ſarcinas ſeruat.

*Satiatus uentris. Saturatus animi. Fron.

*Satis finitum eſt. Multum. uero infinitū. Hoc auaris, illud parciſſe cōtinētibus applicādū ē. No

Satagere, eſt eorum qui præ ſe ferunt ſummam ſollicitudinē in periculo, aut in aliqua anxietate.

Scaber, aliud eſt quam aſper, loricam enim aſperam uocamus, ſed ungues & dentes ſordidi, etiam ſi non tactu aſperi, ſcabri dicuntur.

Scaphium, eſt uas ad aquam leuandam, uel ad mingendum aptum.

Scilicet, & nidelicet, ſignificant certe. Ponuntur proprie per amaritudiuem quandam, cum deriſu permixtam, aliquando expletiue.

Scintilla dr̄ cum ardet. Fauilla aūt extincta eſt.

Scribo tibi, & ad te dicitur.

Scorpio, uenenoſum eſt animal. Scorpius ſignū eſt cœleſte.

Schola a v̄bo græco ſcholazo uenit, quod eſt uaco, quia ut dicit Feſt. Pompe. Cæteriſq; omiſſis pueri uacare debent liberalibus ſtudijs.

Scholaris, pro diſcipulo, barbarum, latinum uero ſcholaſticus, ſʒ ſcholaris ē res ad ſcholā ptinēs.

Scurra. ē q riſū ab audiētibus nō ſalua dignitate pſonæ captat. Paraſitus aūt, a para .i. iuxta, & ſitiō græce. i. cibus latine, & eſt qui gratia uentris replendi, omnia ad uoluntatem aſſentādo loqtur,

Secus te ſedeo non dicitur, ſed ſecundum te. Ca.

Scd̃m, ſignificat iuxta, ut, ſecundū naſum eſt oculus. Etiam eſt, pro, ut: ſecundum me iudica. Et eſt poſt, ut: ſecundum deum homines hominibus utiles eſſe debent. Item ſignificat autoritatem, ut ſecundum euangelium.

Sed, ad alterius rei mentionem tranſitum facere denotat.

Sementis, eſt ſatio ſiue ſeminatio, ſiue ſemen.

Meſſis dr̃ tū ipſa meſſio, tū ſeges iam matura.

Seges, eſt nondum demeſſa fruges eorum ſeminum ex quibus panis conficitur. Fruges, quicquid ex fructu terræ in alimoniam uertimus.

Senecta, ſenectus, ſenium, ſignificant ætatem ſenilem. Iuuenta autem iuuenilis ætas eſt, eſt etiam frequentia iuuenum. Alijs placet quod ſenecta ætas illa ſit, & ſenectus congregatio ſenum.

Senes, dicuntur quantum ad primam eorum uitam ſenilem, eo quod ad uſq; ſenilem ætatem uixerint. Veteres, quantum ad publicum tempus, ꝙ alia ætate uixerunt, etiam ſi ad ſenium nō peruenerint. Vnde, quidam iuniores fuerunt ſeniores ueteribus. Antiqui, magis ueteres quā ſenes dicūtur.

Senſim idem eſt quod paulatim.

Senſus qui ſentiunt. Senſa q̃ ſentiuntur. N

Sententiā dicit conſiliarius, ſed ſnīam fert iudex.

Sepultus, eſt quoquo modo conditus uel abſcōditus, Humatus uero, dicitur humo contectus

Serius, a, um, non eſt iocoſus, ſed uerus & grauis Inde. Serio, aduerbium. ſed Serioſus & ſerioſe, non dicuntur.

Sero latinum eſt. De ſero uero barbarum. *Serū ad negotiam pertinet, ſero ad tempus. Fr.

Seruio neceſſitatis eſt. Inſeruio uoluptatis Seruitus ſub dominio & conditionis eſt, cui opponitur libertas. Seruitium aũt ipſa ſeruitus eſt, aut ſeruientis actio, quod ſerui patientia facit F Si, pro quia indicatiuo iungitur . ſi, conditionalis alijs modis. ut ſi deus eſt animus, ſi ſeruaueris præcepta. Vt placet quibuſdam nunqꝫ ſi pro nõ exponitur. Etiam optantis aduerbium eſt. o, p̃cedente ut o ſi cœlum rumperes & deſcenderes.

Sic & ſicqꝫ in ſitu differũt. Sic ponitur prima ꝑte clauſulæ, ut eam nulla alia dictio antecedat. Sed ſicqꝫ & prima parte & ſecunda aliqua dictione p̃cedente. ut: ſic factum eſt, factumqꝫ ſic eſt.

* Silet cuius loquẽtis ſermo cõprimitur ab ipſa ſignificatione literæ. ſ.

* Tacet qui nec loqui quidem cœpit. Fr.

Sylua, eſt nomen generale ad nemus, & lucum. Saltus, eſt inuia ſylua, nec tranſeũtibus peruia. Lucus, religioſus locus manu conſitus.

Simul latinum eſt, inſimul barbarum eſt. ſimul pro & geminatur, ut hoc opuſculum edidi, ſimul ut fructum ſtudioſis parerem, ſimul ut meritum apud deum obtinerem. Et nõ geminatur cum, & ſimplo uel geminato, & tunc pariter ſignificat.

* Similis illius, ad mores refertur . ſimilis illi ad uultum * Simul locum demonſtrat Vna congregationem. Fr.

Simulare, eſt fingere ſe eſſe quod non eſt, aut ſcire quæ neſcit. Diſſimulare, fingere ſe nõ eſſe quod eſt, aut neſcire quod ſcit. Inſimulare, eſt crimen ingerere, uel incuſare arguere. Inde inſimulatio eſt falſi criminis incuſatio.

Simultas, eſt odium latens, dicitur a contrario

quia minime ſunt ſimul, uel a ſimulatione ſimulata ad inuicem loquuntur

Simulac, uel ſimnlatqꝫ ſignificat poſtq̄ꝫ.

Sin, & ſi, ſolo ſitu ſic differunt. Quando enim, ſi repetendum eſt, ubi duorum ſere oppoſitio eſt, tūc ſi, in priori clauſula poſita, ſin in ſecunda poſtulat, ut: ſi me ſerio amas, iuua, ſin minus, omitte. Rariſſime autem ſin ponitur non præcedente ſi, iungitur autem cum alter, alias, uero, minus pro non. Imperiti autem ſinautem pro ſi non exponūt quaſi in ſi, aut in autem includaetur negatio quod eſt falſum. Etiā quidā, ſi, pro ſed ſi exponūt īpite.

Synechdoche figura, oratores rariſſime utuntur, poetæ uero ſæpiſſime per accuſatiuum, hiſtorici ꝑ ablatiuum, ut oratoriæ dicitur, caput mihi dolet, poetice caput doleo, hiſterice, capite doleo, pedibus ægrotus non ambulo. Oratorjæ, pedibus ægrotis non ambulo.

Sigillatim, a ſigillis ſignanter. Singulatim, e ſingulis eſt particulariter, & ſingillatim quoqꝫ dr̄.

Singulus quiſq̄ꝫ, non dicitur, ſed ſinguli quiqꝫ.

Siquidem, eſt dictio compoſita, ſignificat nam ut: dico Iudæos plus quam ſicarios, plus q̄ꝫ parricidas eſſe, ſiquidem eſt atrocius parentem omniū Ieſum occidere q̄ꝫ ſuum proprium. Quando uero duæ ſunt dictiones facile eſt noſcere. ut ſi quidem (uerum eſt.

Socer dicitur, non tamen Socera, ſed ſocrus, id eſt, mater uxoris.

Socius, plærumqꝫ in periculis, in negotijs, ſerijſqꝫ rebus, arbitrio fortunæ ſubiectis. Sodalis uero in menſa, ſeu rebus leuioribus & proprie uoluptuoſis dicitur.

Solari, eſt quem rebus iuuare, & quaſi in ſolidū

redintegrare. Conſolari autem, uerbis.
Solatium. Conſolatio, idem. Solamen etiam, ſed magis poeticum eſt.
Soluendo ſum, ſiue nõ ſum, ſignificat ſufficio uł non ſufficio, pro eo quod pecunia uel remuneratione ſoluere debeo, & ut placet quibuſdam dtm̃ poſtulat licet non ſemper ponatur, interdũ gtm̃ nunq̃ʒ actm̃, ut magiſtri doctrinæ ſoluendo non ſum.
Somnium quo, dormimus. Inſomnium, quod in ſomnis uidemus. Sed inſomnia, ſingulari & fœminini generis, ſignificat uigiliam
Sono campanam, non dicitur, ſed pulſo, campana enim ſonat, ſed homo campanam pulſat. Sono hominem, poeticum eſt.
Sophiſta, a ſophos ſapiẽs, quaſi ſapiẽtis æmulator
Sotular, barbarum eſt. Calceus, latini dicunt.
* Specula, æ, deſpiciẽtiam ſʒt. Speculum in quo imago redditur. No.
Spem capio de te. Ducor in ſpem, idem eſt quod ſpero uel ſperare incipio. Repono in te ſpem, plus eſt quam ſperare.
* Spectacula loca ſunt, unde ſpectamus. Spectamenta quæ ſpectantur
Spectatur, qui uidetur & probatur. Expectatur, uenturus. Agr.
Spondere, eſt idẽ cũ polliceor. i. ultro promittere
* Squalere non ſordium plenũ eſſe tm̃mõ ſʒt, ſed & honeſta re abũdare & refertũ eſſe, apd̃ ueteres
Squallẽs a ſquallore. i. ſordibus ſiue ſquãma plenꝰ
Sterno humi, ueſtes ramos. Sterno humũ florib. (& lectos tapetis
Stylus, eſt inſtrumentum ſcribendi, etiam ſermonis character. (recipit.
Stipẽdiarius, eſt q̃ nummũ ſoluit, ſtipendiatus q̃

Strophiũ, eſt delicatus panniculus ad nares ter- (gendas.
Studeo, dtō uel actō iungitur, ut ſtudeo poettce uel poeticam

Stufæ, barbarum eſt, latine uero dicuntur thermæ, ſi tãtum calefacimus, aut balnea ſi lauamus

Stultus qui imprudens, improuidus, ſed non inſipiens eſt, & dicitur a ſtupeo. Fatuus qui in dictis inſipiens eſt. Inſulſus animo. ſtolidus qui ad naturam pecudum accedit.

* Stuprum, non ſolum cum uiduis, uerum & cũ uirginibus matroniſq; committitur, & pro adulterio & uitio ponitur. No

Suadere & diſſuadere, in actu eſt. Perſuadere in effectu eſt. i. ſuadẽdo inducere uel obtinere. Diſſuadere eſt contrarium ſuadere

Sub, compoſita diminutionẽ ſignificat, ut: ſubridere. Etiã m ponitur pro in, ut: ſub idem tempus ſub eandem horam, hoc ē, in eodem tempore, pro ante, ut: ſub oculis, id eſt, ante oculos.* Itẽ pro clã, ut: ſubripuit, & fere notat aliquid ſubditum. Fr.

Subinde, id eſt, deinde uel ſtatim, ut cum lectionem audiui a magiſtro ſubĩde ſtudeo. Etiam pro identidem ſiue frequenter cum quodam interuallo ſignificat, ut ſi iter faciens ad comitem crebro reſpiciam, dicam, ſubinde reſpicio.

Suburbanum, in ſingulari dr̄ quælibet poſſeſſio Sed in plurali ſine pronomine meus & tuus, dicitur uicus qui ſub urbe ſtat.

Succenſere, in re graui. Iraſci, in re leui. Vnde ſuccenſet amicus quidem læſus.

Suffragia ſunt in electionibus uoces, quæ quidẽ ſuffragia pro auxilio ſæpe ponuntur. Inde dr̄. ſuffragor, pro auxilium fero. Refragor pro repugno.

Suggillo, eſt ſuffoco, detraho, carpo, accuſo.

Sumere, interdum eſt nimium & arroganter ſi-

bi attribuere, ut id mihi neq; ſumo, neq; arrogo.

*Item: ſumimus, quæ poſita ſunt. Accipimus, quæ porriguntur. Fr.

Sumo ſupplicium uel pœnam, id eſt, nõ in me, ſed a me infligitur.

Suparum, linteum eſt a ſupra dictum, & nunc pro camiſia, nunc pro uelo ponitur, nec tñ ſuparus

Suppetias actm̃, & quandoq; ntm̃ plu (legitur ralem, habet ſignificat auxilium, cum omnibus ṽbis pſertim cum eo & fero iungitur.

Super, ſemper requirit actm̃ pro ea ſignificatione qua dicitut, fecit commentarium ſuper logicã, & non ſuper logica

Super, ſupra, ſubter, ſic differunt, ſupra denotat diſtantiam rei ad rem. ut cœlum ſupra nos eſt. Super uero, notat loci & locati contiguitatem, ut ſup ſcabellum ſedes. ſupra, tamen interdum etiã cõtiguitatem ſignificat, ut ſupra terram ambulo.

Subter, denotat contiguitatem locati cum locato, ut ſubter aquam nato. ſupra etiam ultra ſignificat, ut ſupra mediam noctem, uel nocte ſuper media ſtudui. Item ſignificat in, ut ſuper cœnam, id eſt: in cœna. Super omnes. i. ante omnes alios. Hæc quandoq; comparatiuum & ſuperlatm̃ patiũtur.

*Super eſt quod eminet. ſupra quod ſubſtratũ aliquid habet. ſubter quod re aliqua ſuperiore premitur & conculcatur. ſubtus, quod demiſſum altius non contingitur. Agr

*Supereſt reſtat. ſuperant foſſas. i. tranſeunt. Caſus ſuperauerat oẽs. i. euaſerat. Cap

Superioribus diebus ſcripſi, paucis annis me latinum feci. Et in futuro, paucis annis eram ſcripturus, Triduo autem ad ſummum quatriduo me ti-

bi ſatisfacturum promitto. Non eſt ſic exponendū Per ſuperiores dies ſcripſi, per paucos annos, per triduum, & per quatriduum. Sed intra ſuperiores dies, paucos annos, triduum, & quatriduum

Supplicium pœna dicitur, interdum pro ſupplicatione (.i. precibus diuinis) ponitur. Salluſt. Non uotis neqꝫ ſupplicijs muliebribus deoꝝ auxilia parantur, ſed uigilando agendo, bene cōſulendo, proſpera omnia cedunt

* Suſpicax arguit. ſuſpicioſus recipit, Fr

* Sunt ſermōes quidam, ut ita dixerim cōmunes, duo ſibi contraria ſignificantes. ſ.

Sacer, eſt uenerandus, & execrandus.

Subducimus, & quæ ſubtrahimus, & quæ in promptu offerimus bello

Suffragia populi, & quæ honorant, & quæ donantur. Supremus, ſummus & ultimus, & ſuperiorem & inferiorem ſiguificat. Sic Gratia, bonæ & malæ rei cauſa. Afficimus honore & iniuria. Eleuamus, & quæ in altum tollimus, & quæ alleuiamus, leuioraqꝫ facimus. Pudet, & q̄ de alterius facto, & quæ de ſuo. Donamus & illū quod damus, & illum cui damus. Latere, & abſconſum eſſe, & late patere. Verg. Et ſcuta latentia condunt. Altū, & quod ſurſum eſt, & quod deorſum. Procul, & longe & prope ſignificat. ut: proculque egregium Crantorem. Damnatus, & addictus, & obligatus, uel potius abſolutus. unde iure: damnas iſtius & iſtum. Horrendum, & deſpicabile, & admirandū,

T

TAberna, eſt omnis officina ubi quid publico uſui efficitur, aut uenditur. Et nō ſolum officina uinaria, dicitur taberna.

Vnde Nonius: Tabernas non uinartas ſolum, ut nunc dicimus ſed omnes quæ ſunt popularis uſus.

Tacet, qui loqui deſinit. Silet, qui nondum loqui incepit. Reticeo dolores. Obticeo. quorum pudet.

* Tacere etiam ea poſſumus dicere, quæ ſine uoce uel ſono ſunt. ut: Virg. Cum tacet omnis ager.

Tacitus, qui tacet, actiue, raro paſſiue. Taciturnus, qui facile tacet. Talis, & qualis, quamuis ſibi reſpondeant, alterum tamen creberrime ponitur, raro utrumq;, vt: talem dico bonum virum, ſubaudi, qualem intelligo. In primis colendus eſt deus, qualis eſt alter nullus.

Tandem, ſignificat finaliter, vrgens quiddam. habet cum interrogatiue poſitum, ut quouſq; tandem abutere patientia mea detractor.

Tantiſper, ſignificat tamdiu, & poſtulat poſt ſe dum, pro donec, ſiue quam diu. Et iunguntur nunc cum indicatiuo, nunc cum coniunctiuo. Terentius: Ego tantiſper te dici uolo meum, dum id quod uolo facis. Item tantiſper in carcere recluditur dum de eius cauſa cognoſcatur.

* Tantum. & quantum, ſimiliaq; in um, poſitiuis iunguntur. Tanto uero & quanto, aliaq; in o comparatiuis, eorumq; uim exprimentibus (vt ſunt; ante, poſt, alius, aliter, ſecus, &c.) interim ſuperlatiuis etiam aptantur.

* Tam & quam, pro tantum & quantum e ſimiliter poſitiuum aſciſcunt: ut: adoleſcens tã uel tantum elegans, quam ꝟ quantum eloquens, pro tãto uero & quanto comparatiuõ & quq; ſuperatiuũ.

Tantum abeſt, illud aut unum vt. aut duo ut peſt ſe habet, unum ſic, tantum abeſt ab offitio, vt nihil offitio magis poſſit eſſe contrarium.

Duo ſic. Tantum abeſt ut meis officijs aliquam gratiam bonam mihi quæſiſſe uidear, ut multas etiam inuidoſas ſimultates ſubeundas eſſe intelli-(gam.

* Temperantia animoꝶ. Tempe ratio rerum. Temperies uentorum. Agræ.

* Tela etiam lapides, & omnia quæ iaciuntur dici poſſunt. N.

Temere, ſignificat inconſulte ſeu negligenter, & proprie ſignificat ſere, ut haud temere eſt. i. non ſine cauſa, uel non improuide.

Teres, rotundū idꝗ in longitudinē, ut ſagitta eſt.

Tero, eſt tempus ꝑ negligentiam cōſumo

* Theſaurus etiam copia peſſime rei dici poteſt. Plaut. Qui domi uxorem meam impudicitia impediuit, teneo theſaurum ſtupri.

Timeo tibi, tāꝗ amico. Timeo te tāꝗ inimicū.

* Timiditas & metus differunt. Cicer. 5. Thuſ. In quem aūt metus in eū formido timiditas pauor & ignauia.

Titubare, eſt pedibus non ualentis inſiſtere, ut ſunt ebrij, infirmi, aut decrepiti. Trāsfertur ad animum, ut quoties uerba ab animo diſſentiunt, tunc homo titubat. Nutare, eſt proprie alicuius male ſolidatæ molis ruinam minantis. Vacillare, eſt alterno motu incōſtātē eſſe, ut naues uacuæ uacillāt

* Torrere: non ſolum ignis, ſed etiam frigus pōt.

Tua cauſa feci, non tui cauſa, dicitur.

Traijcio mare uel flumen. i. tranſeo

Traijcio exercitum, id eſt, trans flumen, uel mare porto, aliqn̄ utrunꝗ coniunctū, ut copias & Rhodanum traieci.

Trans iungitur nominibus fluuiorum, ut trans Iordanem. Raro uero alijs rebus, ut ſagittam trās puerum ieci, ſed ultra dicendum, ut ultra montem

* Tranſfuga ſuos reliquit, & ad alios uenit. Perfuga ſupplex eſt: ideoq; tranſfugit ut adiuuetur.

Tranſlato trãſlataui, barbarum eſt, latinum uero transfero, tranſtuli aut uerto. Interpres non trãſlator. * Tranſgreſſus, cum à pedum gradu proprie dicatur, dicitur etiam de nauibus. N.

* Tris, in actõ, tres in ntõ & utõ, Fr.

Treugæ, barbarum eſt, latinum uero, induciæ.

Tenarus non tenara legitur, & eſt Laconiæ promontorium ubi hians aditus ad inferos eſſe ditiur

Triumphus, dicitur ſolennis pompa, quæ uictoribus fiebat in urbẽ redeuntibus.

Trophæum quod in perpetuum uictoriæ teſtimonium in loco publico ſtatuebatur.

Tritum, præter ſuam generalem ſignificatiõem ponitur pro uulgari, conſueto & uſitato, ut uetus tritumq; eſt prouerbium

* Turba populi conuentus. Turbæ turbatiões etiam ſignificant. No.

V

VAco, iunctum datiuo, ſignificat operam do, cum ablatiuo ſignificat careo. Vacat, impſonale, curæ eſſe, uel commodum eſſe ſignificat, ut hoc diſcere uacat.

Vale, & ualeant, uere & proprie ſalutatio eſt abeuntis & recedentis, & abire ſiue recedere ſignificat, ut ſi deus talis eſt ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat, hoc eſt, non ille à nobis,, ſed nos a ſe ualedicentes. Vale autem pro pereat, male ponitur, ut tamen quidam uolunt.

Valetudo, indifferens uocabulum, ſolo adiuncto diſcernendam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0097-5

Vt ualetudini conſulamus, medicum adhibeamus, ſignificat infirmitatem. Sed ualetudine bona fruimur, iam ſanitatem denotat.

Valde, cum poſitiuo, ut ualde doctus, aut uerbo ut ualde laudo.

Vas, uadis, qui in alterius capitis periculo ſponſor eſt

Vadimonium, eſt ſpõſio ad certum diem ſiſtendi ſe, & per ſe uel aduocatum comparendi in iudicio. Obſes, eſt qui alterius imperio ea conditiõe traditur, ut ſi dator obſidis a fide recedat, in obſidis corpus recipienti ius ſit.

* Vbera pecudum. Mammæ hominũ ſunt. Cap.

* Vegetum eſt incolume, uigens forte, eſtq; corporis Vigens etiam animi. No.

Ve, & uel, coniunctiones hoc differunt, quod uel præponitur, ue poſt ponitur.

Vel, ſignificat ualde, ut bellum uel maximũ. ſignificat, etiam, ut uel deo maximas ſemꝑ gratias ago, id eſt, etiam deo. Velocitas pedũ & corporum Celeritas animorum atq; factorum. Agr.

* Item uelocitas patiẽtiſſimæ fortitudinis eſt. Pernicitas celeritatis eſt. No.

Venale, ſignificat rem uenditioni expoſitam, & formatur a ueneo pro uendor.

Vendibile autem a uendo, ſignificat rem quæ facile uendi poteſt.

Vena, eſt conceptaculum ſanguinis mixti, confuſi cum ſpiritu naturali, in quo plus eſt ſanguinis & minus ſpiritus. Arteria uero, eſt cõceptaculum ſpiritus naturalis mixti, confuſi cum ſanguine, in quo plus eſt ſpiritus minus ſanguinis, motuq; ſuo

& pulſu habitum & modum febrium ſit.

Venit puniendus, non eſt dicendum, ſed eſt puniendus.

Venter, dicitur qui uentum recipit, & in totum corpus alimenta uitæ miniſtrat

Vterus, eſt mulierum in quo concipimur. Aluus receptaculum ubi ſordes ſunt & defluunt.

* Aluus uirorũ. Vterus mulierum. Venter utroq; modo dicitur. Agr.

Vereor, caueo, metuo, timeo, & ſimilia idem efficiunt, uel cum negatione, ut uereor ne ueniat, uel ſine, Vereor ut ueniat, timeo ne moriar, timeo ut moriar. Caue dubites, caue ne dubites id uerũ eſſe. Vt enim duæ nonnunquam negationes, non plus efficiunt quam una, ita una interdum duarum inſtar eſt, præſertim adiuuante ui uerbi. Cic. Quod enim abfuiſti, uereor ne ſatis diligenter in ſenatu actum ſit. i. ne non, uel ut non ſatis.

Vereor quoq; poſt ſe poſtulat non an, ſed ne. Male nanq; dicitur, uereor an ita doctus ſit futurus, ſed dicendum, ne.

Verecundia, eſt honeſtus timor, ignominiæ, & probri ſubeundi. Pudor, ſapientis, maleq; facti. Stupor ſtulti eſt.

Vero cõiunctio ſupra, ubi autem

Verum opponitur falſo. Certum recipit præpoſitionem & fit incertum. Certum, uel pondus, uel rei precium.

Verba dare, eſt uerbis decipere, ut ſenibus dare uerba, eſt difficile.

Verba ad rem conferre, eſt ea quæ dicuntur facto aggredi.

Verberare, eſt uerbere cædere. Flagellare, flagello, quod ſarmentorum ſummitas proprie eſt. Caſtigare, fuſte. Pulſare, a pello, quod eſt percutio & ferio, dictum, eſt multis ictibus grauius uehementiusq́ꝫ percutere.

Verna, ſeruus eſt domi noſtræ natus, id eſt, ex ancilla noſtra.

Vernaculus, a um, eſt domi noſtræ, uel in noſtra patria natus. Inde lingua uernacula, quæ uulgo materna

Verſus, non pro metro tantum, quinetiam pro linea uerborumq́ꝫ ordine dicitur, ut: hæc pagella uſq́ꝫ ad quatuor & triginta uerſus continet. Autoribus Fabio. & Plini. Iunio, Cap.

Verſutus, eſt cuius mens celeriter uerſatur. Callidus uero, cuius tanquam manus opere occalluit ſic animus uſu. * Et uerſutus, non ſolum ad malitiam callidus, uerum & recte peritus. No.

Veſper, maſculinum, non neutrum eſt. Veſpere & ueſperi nominaliter barbarum eſt.

Terentius: Veſtigare, Inueſtigiare, non ſolum eſt quærere, ſed etiam eſt inuenire, ut: nihil eſt tã difficile quin quærendo inueſtigari poſſit.

Viaticum non eſt uia, ſed pecuniam, uel aliquid inſtar pecuniæ, i itinere faciẽdo adiũctũ ſignificat

Virgines. * Virgines, non ſolum fœminæ dicuntur, uerum etiam pueri inueſtes(.i. impuberes, imberbes) Nã & quicunq́ꝫ ex ephebis exceſſerant, deuirginari dicebantur. Noni.

* Vetuſtiſcũt quæ uetuſtate deteriora fiunt. Inueteraſcunt, quæ meliora. No.

Viuere, pro quo ornate dicitur, uitam agere ætatem degere,

* Viuere etiam non ſine elegantia capitur pro geníaliter uiuere, uitæq; indulgere Verg. Pone meræ & talos, pereat qui craſtina curat, Mors aurem uellens uiuite ait uenio. Teren. Vixit dū uixit bene

* Victus, ſecundum iuriſconſ. ſignificat quæ eſui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendū curandumq; corpus noſtrum neceſſaria ſunt, ueſtitū tamē, penum cultumq; corporis ſignificare valla negat, eo quod ſemꝑ diſtinguātur illa duo uictus, & veſtitus: Et Cice. penum uocat omne quo ueſcūtur homines.

* Victus etiam eſt genus uitæ, quantum ad mores, ut quibuſcum quis uiuat, & a quibus inſtituatur, & quibus moribus. Victorinus: Victus hominis, eſt omne illud tempus a pueritia uſque ad id, quod agit, uel quo de agitur.

* Victus item in paruis aridiſq; alimonijs conſiſtit. Cibus eſt, qui etiam delicatis præbetur. Don. Atq; hoc quidem a uiuo ortum habet.

* Victus uero, a uinco, is dicitur, qui non ratione aliquid facit: & uictus eſt undecunq;, qui recedit a iure. Dona. Victor eſt altæ rei ſupator. N

Vices, ſiue uicem reddo, uiceuerſa, per uices, decem uicibus dicitur. Sed pro hac uice, nunc ſemel dicitur, pro duabus uicibus, bis, pro tot uicibus toties dicitur. Vicem doleo, uix cum alio iungitur uerbo. Refero mentem ad uicem tuam, ſiue tibi condoleo, non dicuntur.

Vicinia, ſignificat omnes qui eundem uicum incolunt, eſtq; uicorum coniunctio. Vicinia.

Vicinitas, non homines, ſed propinquitatem proprie uicinorum, abuſiue alia rerum ſignificat (hominum etiam conuerſatio eſt;) F

* Vicus eſt pars urbis, nam urbs in uicos, tanquam in membra minora diuiditur. extra urbem uero frequentes uillæ, & domus inſtar uici urbani uici appellantur, mō ſuburbana non ſint, q̄ pluraliter domus frequentes in ſuburbio ſunt. In ſingulari uero prædium in ſuburbio.

* Villa eſt domus uel habitatio ruſtica, īepte pro pago uſurpatur. Ville enim ſimul poſitæ, ac coagmentatę pagum, uicumue paganum conſtituunt: qui ſi muris circundatur caſtelli nomen accipit, a caſtro quod ſignificat locum muris munitum, uel urbem. plurali uero locū ubi milites tentoria figūt

Viciſſim aliquid facere, eſt id ꝑ uices facere, ſeu ſecundo loco, ut: chorus uiciſſim cantat, cum una pars cantat & alia ſilet, & econtrario. Cic. Id acciperet ab alio, uiciſſimq; redderet. Itaq; ſi quis dicat: amamus nos uiciſſim, ꝑinde eſt, ac ſi diceret. Amo te dum non amas me, & tu amas me dum non amo te. Innicem & mutuo ſupra.

Videtur, inepte uſurpatur. Mihi non uidetur q̄d bene loquaris, non uidetur tibi quod bene faciam, uobis uidetur quod male loquimur, ita nobis uidetur quod male loquimī, uidetur mihi quod iſti bene doceant. Erudite uero ſic dicendum eſt. Non uideor mihi uidere, quod tu bene loquaris. etiā iſta coniunctione, ꝗ, remota. Tu non uideris mihi bene loqui, ſicut, uobis uidemur male loqui, ita uos uidemini. Ille uidetur tibi bene facere, iſti uidentur mihi benedicere, uideor mihi uidere.

* Videte, imperat. videtote mandat. F.

Vigilare, eſt pernoctare. Excubare, die ac nocte ut ſupra. Lucubrare Inde Lucubratio, Lucubratiuncula, res uigilatione facta.

Vendicare, eſt aliquid ſibi proprium facere, & ſuum eſſe dicere.

* Vindicare ulciſci & iniuriam contumeliamue illatam punire. Interdum ab iniuria, contumelia, iacturaue defendere

* Vindicare eſt maleſactum defendere. Cic. off. 3. Atq; iſte dolus malus legibus erat uindicatus. Etiam trahere. liberare, Cic. Aliqua poteſtas ſi ſit uindicet ſe in libertatem. Item adſciſcere, & ad ſe trahere. No

* Viuum de uicturo dicitur. viuentem de mori (turo.

* Vir & maritus etiam de animalibus dici poſſunt. Virg. Vir gregis ipſe cap. Item: Quẽ legere ducem pecoriq; dixere maritum. No.

* Virtus, hominis ſummum bonum eſt, quæ & in oratiõe & in curſu poteſt uideri. Fortitudo, uis corporis ad ſuſtinendos labores. Vigor, animi habet elatiõem. velocitas corporalis celeritas, quaſi uelo cita. vehementia, a ui & impetu mentis. F

Vitia ſunt, uel culpæ uel mendæ, Interdum uituperationes, ſicut crimina, criminationes. Cice. Ne ab omnibus eam uitijs uidear uindicare.

* Vitium, eſt perpetua, inſanabilis, & irreuocabilis cauſa. Morbus uero, cum acceſſu utiq; & temporis & contagij. No..

Vituperamus mala. Sed uitio damus etiã bona

Vituperium, nõ dicitur, ſed uituperatio. Ciceroni, & Perot, latinum eſt. Vituperium

Vllus, quamuis idem ſignificet cum aliquis, differt tñ ab eo, quia nunq; ponitur, niſi cum negatione, ut non eſt ullus beatus. Aut coniunctiue, aut interrogatiue, aut dubitatiue. (alio infertur.

Vlcus, per ſe naſcitur, vulnus patens eſt. & ab

Viſcus tecta, & clauſa eſt malignitas. Vulnus hians & patens. Nonius

* Vltimum, uſu nouiſſimum eſt. Cic. Magis delectatur qui in prima cauea ſpectat, tamen etiam qui in ultima. Etiam ſignificat primum. Idem: Efficiturq; id quod Pythagoras ultimum in amicitia putauit, ut unus fiat ex pluribus. No

* Vltus eſt, uindicatus & punitus, ſicut: uector qui uehit & qui uehitur. Agr

* Vltio uindicat factum. Vindicatio futura prohibet, Fronto.

Vltro & ſponte differunt. Vltro eſt quaſi ſine requiſitione, ut ultro ad me uenit, non uocatus. Sponte eſt meo aut ſuo conſilio.

Vnus & alter, hoc eſt duo.

Vnuſquiſq; poſitiuo iungitur, ut unuſqſq; bonus

Vnus & ſolus, genitiuo iunguntur, ut unus ſiue ſolus omnium ſiue ex omnibus Vnde dictio admiratiue ac interrogatiue ponitur, ſicut dictio quo, ut unde mihi animum, ſupple putes eſſe?

vndeuiginti, id eſt, uno dempto de uiginti. Vndetriginta. Duodeuiginti, id eſt: duobus demptis, & ſimiliter per denarios numeros aſcendendo.

Volitare, potius q̃ uolare latiniſſimi dicunt.

Volutare, ſignificat cogitare & perquirere, ut hæc mecum uoluto.

* Volucris eſt quæcunq; uolat, etiā beſtiolæ illæ minutiores. ut: apes, ueſpa, culex, muſca, & ſimiles. Auis uero quæ oua parit penniſq; eſt prædita.

* Voluntas facto gaudet. uoluptas fieri cupit. Fr

Vri, aduri, peruri, de aqua, gelu, frigore, uento, dici poſſunt, non autem comburi. Comburi ſi dicatur, igni fruſtra additur, cum nihil niſi ab igne cō-

Vrbs eſt ædificia. Ciuitas incolæ. N. (buratur

Vrbs peculiari nomie Roma uocata, fecit ut cæteræ urbes oppida uocarentur.

Vſurpare, pro ui rapere, tenere, obtinere, aut ab-in uſum ducere, uti ſumitur, etiam ſignificat uti, tam dicto quam facto, & in bonam partem

Vſquam, ſignificat in loco, & ad locum, ut nec uero uſquam diſcedo

Vſq;, præter ſuam generalem ſignificationem, ualde ſignificat.

Vſq; adeo & eouſq;, ſignificant intantum ſequēte, ut: hoc pacto, uſque adeo miſeri ſumus, ut nobis ipſis non prouideamus. Item ſine ut, ſic, uſqueadeo uoluptatibus laboramus dei iudicium non timentes.

Vſq;, non expreſſum ſepæ ſubintelligitur, in hunc modum, ut. fides chriſtiana ad hoc tempus atq; inæternum duratura eſt.

Vſquequaq;, ſignificat longe lateq;.

Vt, ſicut, uti, uelut, quaſi, tanq̃, ceu, in hoc differunt, quod tria prima ſimilitudinem repreſentant quatuor ultima imaginem innuūt. Repreſentant enim imaginem, id eſt, non ipſam plane ueritatem. Nam cum dico tanquam uel quaſi leo iraſceris, metaphora eſt, ubi te leonem uoco. Sed tu paſceris ſicut vel ſicuti leo, comparatio eſt, ubi te leoni ſimilem eſſe dico. Ceu patuit ſupra. Vt ſignificat utinam, ſic, ut: inuidos dij deæq; oēs perdant.

Vti, pro ut, & utrumq;, pro quod interdum ex- (ponitur.

Vtut, ſignificat quoquomodo.

Vtpote, ſignificat certe, uel quoniā, & ponitur ſicut quippe, de quo ſupra

Vtplurimum, barbarum eſt, latinum uero fre-

quenter. Cicero tamen utitur. iiij. ver. pro fere, vl magna ex parte.

Vt, pro quippe ſiue utpote accipitur cum relatiuo poſitum ſic. Non potui ad maiora aſpirare, ut: qui mihi aduerſam habuerim fortunam bonis æmulam.

Vt & ita, ſuperlatiuos duplicant ſic, ut quiſqꝫ doctiſſimus eſt, ita optimus etiam eſſe debet.

Vt cum niſi, & niſi ſine vt, ſeruiunt ad auxeſim elegantem, ſic: Non petit accuſatus ut abſoluatur, niſi etiam innocens & laudandus iudicetur. Item niſi, ſine ut ponitur. Nam quod ad ea quæ nobis inuidi obijciunt niſi gloria digna ſunt, fateor ea defendi non poſſe.

Vter de duobus, Quis de pluribus a duobus dr̄. Ideo uter comparatiuum, & quis ſupealatiuum poſtulat, ſic. Vtra minus fortior eſt. Quis digitorum fortiſſimus.

Vter, poſt ſe latine poſtulat utrum, ut, quærendo, uter utro ſit prior. Item vter quando componitur cum qꝫ uel quando cum, ei præponitur, tunc non vtrum ſed alterum poſtulat, ſic: vterqꝫ amamus alterum. Item, cum uter alterum amet, ſit ut vterqꝫ amet. Neuter, ſicut uter ordinatur, cum uterqꝫ amabit, neuter alteri officiet. Male itaqꝫ dicitur, neuter nentri nocuit, ſed neuter alteri dicendum. Illud uero vterqꝫ utriqꝫ eſt cordi poeticū eſt

Vti, eſt gratia alterius rei. Frui nullius rei gratia. Qui fruitur quieſcit, & eſt contentus, qui utitur nunqꝫ eſt contentus, utor ſtudio, ut ex hoc poſtea aliquid emolimenti, uel honoris percipiam. Fruor bonis meis, hoc ē, uoluptatē delectationēqꝫ utendo percipio, quare idem ſunt frui, delectari,

& voluptatem capere. * Fungor autem, idem eſt quod officium munuſq; ago, ut: fungor magiſtratu, prætura, legatione, officio delegato. &c. Vtor, pro frui ĩterdū dicimus. Ac fruor fretus, q̄d non uſum, ut uulgus ait, ſed confiſum ſignificat.

Vtor, relatum ad perſonam ſignificat conuerſari, ut: amico familiariſſime utor. Inde uſus pro cõuerſatione, familiaritate, ut: cum bouis eſt mihi uſus. Atq; quia ſolemus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructum percipiamus, factū eſt ut dicamus uſum pro utilitate, & frnctu, tam ſingulari quã plurali. Vſus ponitur pro conſuetudine, ut: mihi ſic eſt uſus. Item pro opere, ut: in bello uiribus eſt uſus. Noni. Item uſu venit dicitur pro contingit.

In. z. epiſtola lege aſteriſci. ubi. Eluxit. qui luctum depo. Reliqua candidus lector ipſe corrigat

FINIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0107-6

Est non [illegible] maius quod [illegible] est
Catullus
Catullus
[illegible]
Est non vilius [illegible]
[illegible] quondam fuit [illegible] anno
Jgnavus quondam fuerit [illegible]
[illegible] Alexander [illegible]
[illegible] Dyalogis
Stultum est flere quod mutari non possit
Non perit qui bene moritur
Bene morienti nulla est mors nimia
Florenti [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Veritas [illegible] [illegible] est [illegible]
Mortem obiit [illegible] extinctus est
Gaude tamen [illegible] [illegible]
Juvenem ac [illegible] [illegible] [illegible]
Ut flores sic et homines [illegible]
[illegible] est [illegible] [illegible]
Non erit [illegible] [illegible]
Johannes [illegible]
Non omnes dormiunt, qui sua lumina claudit

terminus [illegible]

Ita ut sine inuidia laudem
in[illegible] et amiciciis paris

[illegible]idinus et inuidiosus
hoc modo inter se differunt
Inuidus enim [illegible] dicitur
qui actu alicui inuidet
in[illegible] qui nobis
[illegible] hora

115

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0110-3

ELE GANTIAE VOCABVLORUM,

ex Laurentio Valla & quibuſdã alijs, in ordinem alphabeticum redactæ: pridem à Iacobo Montano Preſb. recognitæ: nunc denuo nõ uulgari auctario, ex Frontone, Capro, Agrætio, Nonioq; locupletatæ, & ad Vallæ exemplar diligenter reſtitutæ.

APVD SANCTAM COLONIAM AN. M. D.XXIIII.

No 195

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-202732-p0111-8